teneo pro etate honeſtiſſimū. non ambiendo/
neq; petendo queſitum. ſed ultro apontifi
ce maximo oblatum/ hic ego mihi uuen
dum puto. atq; eo magiſ quod bona ſpeſ ha
betur/ hanc peſtiferam diuiſionem e medio
ſublatum iri. Erecti ſunt enim cunctoq; a
nimi poſt innocentii mortē. & qui ante
muſſabant: nunc palam unitatem eflagitāt.
Nouuſ pontifex depoſitiſ contentionibuſ ad
uerſario ſcripſit benigne illū ad pacem in
uitanſ. Seq; paratum offerenſ/ ſi ille hoc
idem facere uelit pontificatu abdicare/ quo
unica romani pontificiſ ſequatur electio. Ha
q; hĕteraq; cum de induſtria/ hiſ qui periti
oreſ habentur mandata cura fuiſſet/ Tandē
q; ſcripta ſeorſum cunuſq; pontifici patriby
q; recitarentur: arretiam ciuitaſ/ quam nō
nulli comtemnēdam putant/ iudicio omni
um palmā tulit. Iunior inter ſenioreſ. noua
inter uetereſ ac diu exercitatoſ. Expecta
rem ut hec ab aliiſ audireſ. niſi tu o uoq;
iam pluſ me equo comtemnere uidereriſ.

Quo. hĕteraſ pmo exhollit.

qui me lethem potassa scribis / & inter curiales occupationes bonarū artium studiis decoxisse.

At qui nulle umq̄ de re maiori hōtere a pō tifice ullo scripte fuerunt · nec aut grauior aut in usitacior materia umq̄ extitit · & in qua singule pene sillabe attentiori ex animo discuterentur. Non possunt omnia mandari literis · & simul festinat tabellarius ac extempore mihi scribendum est · Quod uero flagitas / ut laudationem florentine urbis quā nuper edidi / nunc parta uictoria pisis q̄ in dictionē adactis / hanc partē adiungam: eo quoq̄ faciendum censerem / si cursum uictoriaq̄ non longius processuq̄ existimarē · Atq̄ ego maiora existimarem^cat / At ego maiora expecto · Ni frustr̄ auguriū uam docuere parentes · Quare historia opus erit · & si sapiunt ciues tui docto alicui demandabunt · Necto unam ex demostenis philipicis quam proximis diebus interpretatus sū.

Tu uide an ea interpretacio hominis qui longa potarit obliuia tibi uideatur · Aliam uero orationem / famosam scilicet illam protheſiphonte / quā habeo in manibus · si hec non displicuerit tibi alias mittā · Nunc istam habe degustacionis loco.

Vale rome x · kal' ianuarii

LEONARDVS · nicole · Orationem demostenis q̄ proximis diebus / cum per uacationē romane

Argumētū prime orois Demosthenis pro Diopithe /

61

sedis/ipse quoq; ab occupationibus uacarem/ex
greco interpretatus eram: puto te iam legisse:
& pro cetera tua diligentia omnem eius ui
studiosissime annotasse. Sed tunc cum illā
ad te dare/ oblitus sum aliquid prefari ac
premictere/ quo tibi eius cognitio clarior ac
dilucidior esset. Itaq; ne quaq; mirarer si
te de/ diopithe & cheronesо/ & de tocius rei
serie dubietas quedam haberet. Res enim a
pud nos minime celebris est. nec eam narrat
orator. illa ut oppinor de causa: quod tunc
meditatione explicata/ omnibus nota atq;
aperta erat. Vt est etiam apud ciceronem no
stz ibi. paruis de rebus sed fortasse necessa
riis consulimen. p. c. de appia uia & de mo
neta consules: de lupercis tribuni plebis re
ferunt. Videt hic per oratorem nullā rei no
ticiam prebere. quod omnia fuerint antē
consultacione explicata. Quamq; alias ali
ter: aut de imparatore deligendo post prin
cipium ait. Bellum maximum & periculo
sissimum uestris sociis atq; uectigalibus a du
obus regibus infertur/ mitridateq; & tigra
ne. & cetera usq; illuc ubi dicit/ causa que
sit uidetis nunc quid agendum sit conside
rate. ubi de narratione ad ptcionem ser
mo traducitur. Credo satis notum fuisse po

romano mitridaticū bellum: tamen narare
libuit · Quod tamen non ex neccessitate face
ret / ostendit · cum dicit · atq; ut inde oratio
mea proficiscatur · & etiam ubi magnifestū
est magis ad ordinē cause quam ad necessi
tatem eiusmodi narrationem accomodari ·
Sed hec ãmictamus · Quando enim superse
dendum sit narratione / & cicero ipse docet /
& is qui dicturus sit ex temporis & cause &
personaz que auditure sunt opinione peri
tiaq; iudicabit · Vt autē ad illam ueniam q̄
tunc pretermisi : cum pax cum philippo esset
athenienſibus : nec secura tamen nec tuta ·
missus est diopites cum delectu ciuium qui
cironesum habitarent · Id erat quasi colonia
deducere · Veluti apud nostros / fesulas al fil
la & bononiam ascipione sunt colonie deduc
te · Accipiebant hii qui deducti erant / arma
& uaticum ex publico · & agriportio uiritim
assignabatur · Cum igitur diopithes in cer̄one
sum uenisset : ceteris eius regionis homini
bus haud cunctantur colonos recipientibus
sola cordianoz ciuitas recusauit · Ob quam
causam cum bello & diopithe lacesserentur :
ac cito philipo se se per illius auxilia defen
derunt · Hoc diopithes indigne ferens : mari
timam trachie regionemoz philippo subberat

Philippus rex

Diopites · Cironesus

fesulę Arpilla · Bononia

depopulatus est · atq; se inde propere in chersonesum recepit · Querebatur ergo philippus. & pacem esse ruptam predicabat · se q; ultr̃ huiusmodi colonos per literas suas atheniensibus missas cominabatur. Ea de causa contio habetur · & ad populum de ea re publice refertur. Dicuntur graues in diopithem sentẽcie · & ab his maxime qui philipo fauebant. Demostenes uero diopithem defendit · & ad bellũ aduersus philippum cohortatur · quod quibus rationibus faciat legendo addiscitur · cura ut ualeas mi suauissime nicolae · rome ii · kl' ianꝰ

Rogne amicũ J. Lib'ꝫ suũ scribi faciaꝫ.

LEONARDVS Nicolao · Petrus mianus uir iocundissimus & ī primis bene meritus uehementer cupit nostes adticas sibi florentie trãscribi · itaq; mecum egit · & quotidie agit ut tibi hoc negotii idem · Sperat enim per tuam diligentiam comodissime fieri posse ut scriptor & exemplar reperiatur · & studium adiungatur ad illas recte & celeriter p scribendas · Nummoq; autem quicquid uel procartis uel pro scripto re opus fuerit ex soluere / id ut tibi presto sit apud mensam iohannis medicis prouidit · Hoc amici mei negotium ut suscipias · ac tua solita diligentia cures etiam atq; etiã rogo · Vale rome vi kl' aprilis · M cccc vii

LEONARDVS francisco principi cortonensium

Salutem plurimam dicit · Post quam alias ad
te literas dedi de unitatis negotio · hec sub
secuta fuere · Pontifex noster statim ab initio
aduersariū uti promiserat per literas munita
uit ad pontificatum simul deponendum · Ille
tantisdem ferme syllabis ad eum rescripsit · Eadē
mutacio fuit / eademq; cohortacio · locus dein
de necessarius uisus est / inquo & pontifices
ipsi & collegia conuenirent · Ad hoc sacona pari
consensu recepta est · urbs medio ferme spatio /
& tam mari quam terra accessibilis · Prospere
hucusq; & plane ex sentencia · Deinde turbat
iones suborte graues cunctaq; suspitionibus re
ferta · Necessarii enim quidam propinquiq;
pontificis / post assumptionem ad ipsum consti
uentes / suspitionēs apud multos pepererunt qi
uoluntatēs prius rectam inflectere conentur ·
Accedit quoq; ladislai regis detestandus cona
tus · Cum enim sicilie ad sedem spectet ro
manam : & in hac diuisione : nostri quidem
pontifices ladislao : diuersi autem ludouico an
deganensiū duci / id regnum concesserint / ac
certamina ea de causa fuerint p / magna / in
quibus tandem ladislaus preualuit : regnum
solus possideat · ueretur nunc ne abdicatione
facta / & utroq; collegio ad electionem coe
unte / gallicus forte aliquis ad pontificatum

X parisii mq ducis pōtis
simo facta fit dolos · xcj

Ladislaus rex ·
Sicilie regnū ·

Ludouicy Andegauie ſ.

sumatur: qui fauorem in regno obtinendo
ad ludouicum conuertat, Hac itaq; suspitio
one permotus, omnes machinas adhibet ad
unitatem impugnandam. Quod quidē fac
tum patribus ac bonis omnibus ita molestū
est, ut ad summum odium regis nomen ꝑ
uenerit. Nam illi quidē satis cautum erat
ex formula ipsa. qua prouidetur in cunctis
dignitatibus, ubi plures á diuersis electi re
periuntur, possessori dum taxat uus fore. Ita
q; suspicantur quidam non tam eo metu re
gem moueri: quam id archane moliri, ut ꝑ
diuisionem perpetuam sedes romana in beci
lior maneat. ac numquam in formidabile
robur integrata euadat. Quicquid tandem
eum moueat, aperte remittitur. Adeoq; profi
cit, ut saona comuni consensu ad conuentū
electa iam, iam respuatur. Quo quid igno
minius italico nomini accidere possit, nō
equidem uideo. Oratores ex gallia ꝑmulti
quotidie ad nos inuitant. ortantur. excitant.
Nos plane dormimus. nec quem admodum
fiat hoc tam sanctū opus, sed quomodo nō
fiat cogitamus. Habes acta nostra. que quo
niam ad te liberius scripsi dolore quodam ꝑ
motus. occule questo bas literas ne in alio
perueniant manus. Vale.

De pdictis & motu regis Sicilie ⁊ urbē roma.

LEONARDVS francisco principi cortonensiū. Salutem. Scripsi nuper quid hominēs sus picarentur de regis uoluntate: noue etiam postea res insecute / cuncta etiam que prius obscura uidebantur / magis patefecerunt. Reg enim copie ingentes / coniunctis sibi romanis exulibus / ad duodecimum lapidem uia la tina conuenisse / atq; inde ad urbem occu pandam uenture dicebantur. Erecta eo metu ciuitas / confestim ad pontificem dec urrit. periculaq; ostentans prouidere ia inde precabatur. Ille negare sedulo adue tare quemq;. totumq; rumorem hunc / ama liuolis fictum dicere. ut suspitiones discor dieq; maiorem in modum augerentur.

Hec pontificis asseueratio quoniam ex uero pro ficisci animo uidebatur: fidem multitudini fecit. Itaq; nihil quasi subesset periculi: do mum reuersi ciues positis armis quieuerūt.

Hec dicta fuerant ad uesperas. Eadem illa nocte de prima statim uigilia / regii milites quidam exulesq; romani peruaste sollitudi nis loca muros intrarunt. refractaq; deinde proxima porta aditum equitibus patefe ce runt. Ad hoc ingressum clamor sublatus p urbem diffunditur. itur ad arma. concur ritur aduersus hostes. ac plumbus simul lo

cis preha conseruntur · Pontifex ubi ista sensit
confestim ab edibus uaticani quibus inhabita
bat · se se in molem adriani · recepit · Patz uero
nemo consecutus est preter unum columne
sem · Nam ceteri metu perculsi / fuga sibi con
sulere quam cum pontifice includi maluerut.
Nec ego umquam nostem magis turbulentā
puto fuisse · trepidis omnibus & incertis quid
agere quo ue consistere deberent · suspecto
pontifice nē tota quidē urbe idem sentiente.
fugaoz ipsa patz debilitabat animos · quasi p
stantes sapientia uiri ac plurimū discernē
tes · quoniam intelligerent resisti non posse / mi
grandi consilium assumpsissent · Quam diu
nox fuit · hostis superior habebatur · nec iam
procul a capitolio pugna erat · Sed albescen
te mox celo · Pursinus cum equitatu subsidio
nostris uemens / per diuersam ab hoste regionē
ingressus / media uadens urbe / transuersis itineri
bus ad eam portam deuenit / per quam hostes
intrarant · Ibi dissipatis stacionibus pugne ag
greditur ita ut inter multitudinem populi
ac suum equitatū medios hostis haberet · Afrō
te igitur & a tergo uersati · in fugam tandē
uertuntur · capti eoz multitudo ingens · &
in his principes ferme omnes diuerse facti
onis · Ex tempestate itaq turbida / mox serena

No · de P. vrsmo · pre
fect. dimicante ·

Pugnare

lux ubi effulsit. ac ex merore letitia ingens.
ut ego ipse spectator hoz omnium admirer
tantam mutacionē tam breui tempore cō
tigisse. Reuocati ex fuga patres cum iam
eoz plerioz multa passuum milia sutriū
uersus abiissēt, Summa gratulatione om
nium redière. Sunt qui putent hanc to
tam rem a pontifice de industria compo
sitam. Quo mentio omnis unitatis obruere
tur. quod futuz erat si rex obtinuisset. Nos
de pontifice nullo modo credimus. de pro
pinquis uero dubitamus. Pontifex habere ī
animo uidetur senas petere. Inde uero lucā.
Sed ꝑ paucis res adhuc nota est. Vale :-

gratulari

LEONARDV. Nicolao. anteoz uiterbio pro
ficiscerer. dedi ad te orationem demoste
nis protesiphonte. lator fuit P Bardela qui
rome negotiatur. eam orationem arbitra
bar te iam legisse. ac expectabam literas in
gentis letitie. Cum itaq; in hac expectacioē
essem, ac iam mecum ipse quod tardior fo
res stomacarer, ecce quidā mihi ate literas
tulit. Capio auide atq; aperio. Capud lite
raz, querelas contra me. medium autem &
finis, nescio cuius beneficio, molestias contine
bat. Spe igitur destitutus, lacerau illico
literas, amusis alienas, & alias expectare

cepi. Cras ero in uilla lupi nostri, que est se
nis propinqua, Si te nihil impedit illuc pro
perato. Sin expectare mauis ego prope diē
te florentie conueniam. Ceterum de hoc ipō
beneficio ita faciam ut te uelle intelligo. Vale
senis v. iduſ septembris M. cccc vii

LEONARDVS Nicolao. Non puto opuſ eſſe
multis ut uerbis te cohortar, cum tibi
& de amicissimi uiri negotio & de re tibi
grata leue onuſ impone. Tu enim ipſe re
cognita moueri debeſ ſine ulla poſtula
tione aut rogatione noſtra. Bartholomeꝰ
cremonenſis, mirifice, ut tibi aliaſ narra
ui. ſtudiis humanitatis deditus eſt, id oꝫ
cum ſuperiori tempore ante preſulatū
ſtudioſiſſime feciſſet, non poteſt nunc preſul
factuſ eaſ quaſ ante coluit muſaſ non af
fectuoſe amare, eaꝫoꝫ ſacra ferre mgē
ti ut maro noſter ait, perculſuſ amore.
Cum igitur uolumen habeat preclare ſcri
ptum oratorum ciceronis, cupit ut ſin
guloꝫ capita libroꝫ, ſplendore literaꝫ
illuminentur. Tu ergo in ea re diligētiā
tuam adhibebis. dabiſoꝫ operam, ut non
auro, nec murice, ſed uetuſto more he lic
tere fiant. Nam inaurate uel hic potuiſſet
ſi huiuſce rei cuppiditaſ ipſum haberet.

V ex hec ſpernit · & antiquitati deditus eſt ·
Quare faciesꝫ ut tibi undebitur · ut oꝫ exiſti
mabil amatori antiquitatiſ potiſſimū gra
tificari · Volumen ipſum tibi miſto · Vale ſe
nis iduſ octobriſ M cccc vii ·

LEONARDV Bonifacio coluci filio fratribꝫ
ꝯ ſalutem plurimam dicit · Quantam pa
renti veſtro / homini doctiſſimo / utroꝫ preſtā
tiſſimo pietatem · mortuo etiam preſtare de
beam / nec obliti ſum equidem ſum · nec ſuti ſum
oꝫ ſpero quam diu uita ſuperit obliuiſcar ·
Quid enim ſime geniſſet ille / pluſ aut cari
tatiſ / aut bemuolentie / aut amoriſ / mihi potu
it impartiri · Multi genitoreſ a filiiſ ſe ro
gari expectant · Ille ſemper mihi ultro &
irrogatuſ occurrit · Multi frena dimittū
filiꝫ / cum adoleſcere ceperunt · Ille in hac
ipſa etate / frena mei ſuſcipienſ / numquam
curriculo deflectere paſſuſ eſt · Sed monē
do / caſtigando / mendendo / ad uirtutem
preſtantiamꝫ direxit · Quod grecaſ didi
ſci literaſ coluci eſt opuſ / Quod latinaſ
non leuiter inſpexerim coluci eſt opuſ ·
Quod poetaſ · Quod oratoreſ · quod ſcripto
reſ ceteroſ · legerim / didicerim / cognorim
coluci eſt opuſ · Nemo umoꝫ parenſ in u
nico dirigendo filio tam ſeduluſ fuit · q̄

Quia Coluccius ff
fuerit Leonardum nō.

Vir benemerit

ille in me: cuius ingeniū in quo tamen amore
nimio decipiebatur: ita natum ad hec studia
predicabat: ut si aliorsum diuertere/ mang
se se mihi alatuz ac ui retractuz minaret.
Qui post aliquot annos cum me tunc primū
uocatu pontificis romam petere uolentem/la
crimans dimitteret: quasi presagio quodam
futurc mortis/ familiam mihi suam mul
tis uerbis comendauit, Sed precipuam de
salutato curam mandataoz iniunxit. Eum
sane inquid quod oculis non satis ualeret:
nulle ferme rei gerende satis aptum/ per
magnam sibi curam sollicitudinemoz affer
re. Nam de ceteris quoniam sani essent/ mi
nus admodum laborare. huic autem uiden
dum esse iam nunc & quenam substentamē
ta uite sint preparanda. Statuisse uero po
tissimū/ ut in clericos transcriberetur/ pro in
de rogare me obtestanoz per amorem quē
erga me in unum semper unice habuisset
ut adolescentem ipsum in meam fidē cū
recepissem: Quid enim nunc de me ac de
siderio uarrē meo: quāi nō minus er
ga colluctum quam erga parentē semper
affectus fuerim? Sed uelle quidem nō sa
tis est nisi opereris. Nec uero id satis: nisi
prudenti studio annitare. nec etiam id satis.

tutellamoz reapere. efficc
rēoz mea opera ut cū
aliqua dignitate & hone
state uitā ducere ualēt.
Hoc ego tunc in mea fidē

nisi ad effectum perducas. Qui enim in fidē
suam quid recipit nō uoluntatem bonam dum
taxat ut mihi uidetur, nec qualemcunq;
operam prestare contentus esse debet. Affir
mare profecto possum, nec uiuente illo neq;
postea defuncto, studium & diligentiam ist
a quidem in re mihi defuisse. Apud duos
adhuc pontifices fui innocentium & grego
rium. Cum utroq; sepissime de hac re &
instantissime egi. Sed ita plena est expecta
tium curia, imo uero non expectantium.
Sed obuiam euntium, ut quotiens aliquid
uocauerit a mille raperetur. Graciam ue
ro nostrā minuit, quod nos non pro nobis sed
pro alio petebamus. Clarissimi quidem filii
uiri filio. quis negat, at tamen absente, &
a familiaritate pontificis alieno. Itaq; qui
presentes. uel pontifici ipsi uel alicui pat-
deseruiebant, Semper adhuc prelati sunt pe
ticioni mee, & ea quidē causa quo minus
adhuc obtinuerimus refragata est. Quod po
st- satis expertus sum, ad consilium uers9
constitui personam meam pretexere. neq;
enim alium finem ullum fore uidebam desi
derio nostro. Postulabatur ergo nuper uenera
bilis uir antonius senensis ad episcopatum pisau
n. ob id factum duo illius beneficia uacatura

sperabantur. canonicatus florentine ecclesie,
& prepositura fesulane. hec ego ita fore ap
tissima salutato existimabam ut si nos ef
fugerent, numq̄ alias me consecutus eā
facultatem arbitrarer, Sentiens ergo qd
me hactenus impedisset: non iam pro illo
sed pro me ipso petere professus sum. Ponti
fex uero & si admirabatur mutatam uolū
tatem meam; nam episcopatum mihi ab
nnocentio sponte oblatum. sciebat me ves
puisse. tamen concessit. Nec deest tamen
illi ut animaduertere potui suspitio. qm
diluemus simulatione, & mora quadā inter
posita. Hec ego uobis nota facere constitui:
ut sciatis hec me beneficia salutato nostro
mpetrasse, Et si dilatio intercedat quedā
oportet. ne pontifex indigne ferat, & hoc
pretextu circumuentum fuisse. Vestr̄ quo
q̄ interea fuerit, cōmone facere salutatū
ut quoniam beneficia habet parata: det ope
ram efficiatos, ne ipse imparatus ad illa q̄
clericum scire debet reperiatur. Valete semi

LEONARDV. Nicolao. Hodie tibi scripserā
ante lucem. postea reddite sunt mihi lic
tere tue, cum increpatione negligentie, c̄tu
rei mee, tum etiam aliene, Omnino reor ex
puitate animi prouenire, ut pusillis de reb

magnam sollicitudinem putes capiendam: &
exigui pretii res grandis existimes. Quid
enim opus fuit hoteris meis? An non tu mi
hi ipse scripseras, te procuratorem faciun
dum, ut ille quasi persona quedam alie
nam maiorem facultatem haberet opitulā
di? Cum igitur tu hec scriberes & ille asse
uerarer, quid aliud ipse facere debui q̄
ea sic disponere ut uobis placuerat? Tibi etiā
cum mihi bis sis qui es: propositum esse de
beat ut quod in tuo faceres negotio, id facias
in meo. Quare si qua de re ambigis peritio
res consule; atq; ita prosequare, ut in rem
fore existimabis. Demq; tu hec me ualde cu
rare putas? uel tanti facere, ut ab istis nūc
pendeam? Non est ita mihi crede. Si res eū
quem cupimus finem habuerit, mihi gratū
erit. longe tamen gratius foret. si M. tullius
reuiuiscaret. Satis de re mea, nunc de ali
ena. hoteras amici tui diligenter traben
das curaui. & responsa postulari feci. Quid
ultra queso áme requiris? An etiám ut ex
torqueam ab inuitis? Omnia facere debui ī
re amici tui. Et feci equidē & facio. nec uideo
quid pretermissum áme sit quod te uel il
lum debuerit cōmouisse. Mianus forte quod
florentiam erat uenturus, respondere neg

lexit. quidem ſepius a me poſtulatus. Alias hõte
ras comerario & paulo ac ceteris tradidi. Que
mea culpa eſt/ſi reſpondere non curant? forſã
ſcriptum in his nihil eſt quod reſponſum me
reatur/ Inſtruat me in negotio ſuo. & actorem
rei eſſe uelit non hõteras exactãrem. Tunc
ſi defuero: me carpe: ac de re penit? ignota quid ipſe
reſcribere debui? Quare inde obſecro/ne tu
magis carpendus ſis: qui pro quaor leuiſſima
re. ſic atrociter contra amicos inclames. Se
nis idibus octobris. M cccc vii

LEONARDVS. Nicole. Mitto tibi oraciones ci
ceronis in uerrem: recte quidem ſcriptas:
Sed tu uidebis male emendatas. Qui enim cor
rigere uoluit eas plane corrupit. Quam obrẽ
tue diligentie erit/non que poſtea mutata
fuit ſunt, Sed que prius erant/ tranſcribi iu
bere. ido? facies ſine ulla feſtin— racione.
Nam mihi quidem cordi eſt/ etiam quos mecũ
habeo libros apud te omnes deponere; ne fe
rantur una nobiſcum in hac fluctuoſa temp
eſtate & ambigua peregrinatione, in qua nec
portum nec ſedem certam proſpicimus. Me
quidem ualde penitet ſic auobis properaſſe.
Nam potui quatuor dies adiungere ad comunẽ
uoluptatem. Rumores enim qui afferebantur
de pontificis itinere uani erant. uale

LEONARDV SALVTEM DICIT. Zucaro. & lheteras tuas accepi & quod me facere iubebas / Quantum in me fuit diligenter effici. Impedimenta hec prohibent. Proditor ille non adest. procurator ab eo relictus, mandatum habere se negat ad transactionem faciendam. Cum pretore multa pro te & pro causa tua uerba feci. Postulans, si quo iure ordinario uel extra ordinario uel ex bono & equo fieri posset, ut saltem in indebita pecunia solui uenda eam condictionē admicti iuberet q̄ uel in quocunq; debito propter malignitatē temporis esset concedenda. Negat ille suaz esse partium aliquid tale iubere, contra actoris uoluntatem: pro quo sentencia iam pridem lata est. Scriptuz se tamen pollicet ad prosopeiam illā, quam nunc ut audio neapolis habet. Poggius noster omnibus assentiri paratus est / Que ad comoditatem tuā pertinebunt. Res tota differetur in reditū tuum. Interim dabo operam ut illi scribā. Sed quantum profecerimus apud elatam duri hominis ceruicem nescio. Tu cura ut ua leas ex senis x kal ian.

de alteruis [illegible] extuleste

alteruis curare litem

LEONARDV. Petro miano. Salutem plurimā dicit. Iam diu nihil magis oratoriuum curia romana audiuit quam uocem prestan

nō. Laudes zacharie / vera potestas oratoris hactenus /

tissimi uiri zacarie: tui: imo potius nostri/e
go enim propter maximas eius uirtutes a
mori erga illum tuo aut nihil aut non
multum concedo. Qui cum a pontifice max
imo publice audiretur. a astantibus reuere
dissimis patribus sancte romane ecclesie car
dinalibus / & frequentissima cleri populo
multitudine circunfusa / ita locutus est: ut
in uerbis eius robur fortissimi uiri prudē
tia doctissimi hominis / elegantia disertissimi
oratoris perfacile appareret. Vellem aspexisses
quanta cum attentione auditus est. ut in
tanta multitudine ne respiratio quidem ali
cuius sentiretur / maiestate orationis / uber
tate sentenciaz / copia optimoz uerboz mi
rum modum animos demulcentibus. Dixit p̄
terea fortis uir / marinus carauellus. & īpe
quoq; magno cum spiritu nec minori cum
maiestate. Qui & si non latino sed patrio
more indicendo uteretur: tamen nec sua
caruit laude / & alti ac sinceri animi appa
ruit. Demoq; per hos duos oratores / uniuer
sam curiam uenetoz ciuitas sibi mirifice
conciliauit: ut amplissima & potentissima &
preterea optima & pacis amantissima ab oī
bus habeatur. cui si palmā huius sanctissime
xp̄i. & optatissime xp̄ianoz & ecclesie reipteg

cionis deus seruauerit / nihil in toto orbe
terraz erit penitus glorioſius. Sed de reb9
publicis alias. Hunc autem de priuatis malo. // loqui.
Ego zachariam nostz conuenio sepiſſime &
quantum otii laboratoriis negotiis que mira
bili uigilantia exequitur / sibi datur / id totū
in librorz ac studiorz agitacione consumim9.
quibus uellem adesses / Quamoz adeſ tu q
dem sp. sermonibus nostris. Sed tamen alio quo
dam modo / uellem te presentem intueri. Nō
enim dubito qum iocundiſſima inter nos
saturnalia ageremus. Vix tamen est / ut nō
mutdeam felicitati tue. qui manuelē criso
loram uiz doctiſſimū atoz optimum tam diu
uenetiis deſtineas. eiusoz aduentum in cari
am retardes. Nos enim ut alias sepius ita
nunc cum oratoribus uestris ut ueniret ex
pectaret / non frustra spes est / & fefellit opi // semel
nio. quem rogo ut meo nomine saluere iu
beas / & uolumen augustini de ciuitate dei /
quod apud te illius nomine deposueram /
eidem tradito. faciasoz me certiorem an
aliquos libros grecos mihi deferat. hodie de
cretum est / uti pontifex lucam se contulisse
debeat ante finem mensis ian. altera p̄
In ueneris portum. Vale. ex senis.

LEONARDVS Nicolao. tu me philosophum ēe

censes / & nihilominus eliogabalum postulas?
Vide ne non cohereant peticiones & exortaci
ones tue. Nisi forte hanc esse philosophiam
meam interpretare. Quod si ita est / accipies
opus esse sane philosophicum / non ex zenonis
disciplina sed ex intimo epicuri sinu depro
ratum. Ridebis ut oppinor / hanc incestissi
mam & flagiosissimam contionem, quamq;
multis pepa quoq; mihi copiam suscepta cū
ultro largiebatur. & in taberna uinaria ab
stenuis fui. Itaq; ualde equidem uereor
ne utriq; me sub accusare non in merito
possint. Seueri / quod rem non satis graue
susceperim. Vrbani / quod in causa pingui &
copiosa ieiunior fuerim. Ac in me fortassis
illud iactabitur. aut undiq; religionem tol
le / aut usq; quaq; conserua. Sed de urbanis
quidem / nō multum laboro / si me contionē
fuisse arbitrabuntur. Cum seueris autem
& tristibus / plus mihi ut oppinor negotii
supererit. Vez ut lucilius non romanis quod
erant peritiores / & in poematibus iudican
dis nimium curiosis / sed tarentinis. & re
gnis se scripsisse affirmauit / Sic ego tristi
bus & seuerioribus / nego me scripsisse. nec
ab aliis legi uolo. Est autem aliud quoddā
genus hominum / qui in ioco seueri & in se
xpi / optatissime xpianoq; & ecclie reimeq

ueritate iocoſi ſunt / qui neq; catonis rigidi
tatem / nec ſippii dif. ſolutionem ſectantur. hoc
eſt qui nec curioſ ſimulant / nec bachanalia
uiuūt: iſti ut ſpero hanc mediocritatem me
am. & legent nō inuiti / & probabunt non
ſimulate. Demoq; loquantur omneſ ut libet.
Ego ſi mihi & tibi uni ſatiſfecero / ceteroſ
omneſ cum ſuis iudiciis. floccipiendo: eoq;
opiniones & obl̄ocutiones uix uniuſ aſſis ex
timo. Tu uale mi iocundiſſime nicolae ex
urbe ſenis

Spiritus tua detrahitor.

LEONARDVS Ruffo S P. dicit. Accepi hiſte
raſ tuaſ per breueſ. in quibuſ id modo fla
gitaſ / ut quid agatur Quidq; ſpei ſit de u-
nionis negotio tibi reſcribere ne pigeat. Acci
pe igitur. Poſtq; l̄ocā peruenimuſ / crebri ul
tro citroq; oratoreſ fuere. Sed nihil ad
huc perfectū / ne incoatum quidē: quod dig
num ulla ſpe mihi uideatur. In aduerſario
pontifice: ne q̄ſq; reſta mens. quāquā ſimu
lat ille mirabili aſtucia. ut facile imprudē
teſ decipere poſſit. Sed nihil ſani crede mi
hi illi ineſt. Si enim ineſſet: qui d uetaret rē
pfici? Quicunq; enim iſtoq; uere uellet qd
& iuraut & promiſit: alter etiā ſi nollet cō
pelleretur. Quam enim excuſationē aut qd
diffugium haberet? Nunc uero quia uteroq;

tergiuersatur · alter alteri excusationem & diffugium prebet · in nostro pontifice recta & simplex natura · ut quisq; bonus & simplex ita facile ab improbis decipitur · Quidam enim honores ab eo sperantes · in signum eius adulando irrepserunt · Hi & formidines in anes illi incutiunt · & recta uolentem nō nunq; inflectunt · Ego ut animi sunt itur batione aliq; formido · Nihil est enim im fensius · nihil indignatius · Vale ·-

Sed

LEONARDVS Nicolao · Cogitabam tibi prolixius scribere · & prope diē ut spero id faciam · Nunc autem breuitatis causā affert festinatio tabellarii · qui me in ipso discessu nunquid uellē rogauit · Est florentie uir egregius thōmas britanus · mihi amicus & studioq; nostroq; quantum ulla natio capit ardentissimus affectator · Huic ergo cupienti ineptias nostras · ideest libros nouoq; poetas emere · rogo ut omni cura diligentia eos assistas · Demoq; pro natura & moribus tuis admonendum te familiarius putaui · ut si qd contra sententiā opinionem ue tuam caperet aut sentiret · eidem te mitē ac minime aduersantem prestes · Vetus est enim ut hō est · ita morem geras · Vale ·-

Scriptionis excusatio

LEONARDVS Ruffo Salutem · dicit · per binas

iam literas ame petis quid de iohanne do
minici existimandum sit? Variumq; de eo
sermonem apud nos ee significas. Quid aute
ego ad te rescribam de re difficili protinq;
atq; ardua? Nihil enim difficilius quam
mentem hominis intueri? Itaq; nihil dica
ipse de me: sed qualis sit opinio nostroq; ho
minum de illo ostendam. Prestantissimu ee
uiru & scientia eloquentiaq; eminere, nemo
inficiatur. Querela tamen est aduersus eum:
quod cum ipe in primis auctor suassoroq; u
nionis fuisset: ac ceterosq; ipse ardentissime co
moueret: tamen postq; episcopatus illi a po
tifice datus est: quasi medicata offa preclu
sis faucibus. nihil post hoc pro unione. Sed
multa aduersus eam uidetur suasisse. At
nemo qui primo illum audisset existimauit
munus pontificis ab illo non resistici. Acce
pit tamen: ut deprehenditur non ingrate, ac
maiora sperare illum aiunt: prodita causa
quam prius tam acriter perurgebat. Nos uero
ut dementis illius archano nihil scimus: Sic
eaq; agit molliterq; non probamus. affirma
musq; primo illius ardori & studio, hec poste
riora uideri contraria. paxq; sibi ipsi illum
constare. Quod utinā sapientia quadā maiori
faciat, ac non ambitione. Ego quidem hūc

wconstare quod utinam sapientia quadam ma
iori faciat ac non ambitione. Ego quidem hūc
hominem ut sis amo propter excellentiam
uirtutis. atq; eo magis doleo ipsum in hanc
aduersam opinionem hominum incidisse. Ne
mo est omnium qui peccare ignorantia illū
putet: sed cupiditate animi transuersūs ag.
vale

LEONARDVS Roberto russo. S. In medio tur
turbationum ac molestiarz quibus per hoc
tempus omnia redundant, letissimus heri no
bis & iocundissimo affulsit dies. qui mentes
nostras depulsis tristicie nubibus mirifice sere
naret. memoriamq; omnem presentium uel
impēdientiū calamitum penitus ufferret.
Tres enim familiarissimi in unum conuenie
tes, satis magnā sodalium & amicorz manū
contraximus. ommibus q; ad leticiam dispos
tis, in ullā alamani archiepiscopi pisani: ipo
alamano duce ueluti ex diuturnis uinculis
emissi, nullū gaudendi, imo ut uerius dica
repurescendi genus omisimus. Villa est me
dia ferme inter pisas & lucam, adextra mpa
anseria fluuii, amenissimo in loco sita, & ma
xime ad rusticanos uoluptates excogitata.
Surgens enim leuiter in collem: subiectamq;
plantiem despiciens, montes a tergo habet

& nō bellicū sed baccha
cum conuenientes.

Despigno Ville.

coniunctos / ad aucupationes uenationesq; aptissi
mos. Itaq; siue rapaci aue / siue mordaci cane:
siue plagis: siue uenabulo: siue cursu: Demq; si
ue feris / siue auibus / siue piscibus delectemis:
uicini montes coniuncti colles / subiecta plani
ties / Preter fluens amnis / affatim omne gene
prede tibi largiter subministrant. Vez nobis
illuc profectis / nec uenari apros placuit / nec
figere ceruos. nec rursus canibus lepores agi
tare fugaces. nec fera b'acteolis unguis arma
ta sonoris. cepit auis predā. Sed traxit nos
& uendicauit sibi / incredibilis amenitas anse
ricis amnis / qui tectus fronde populea / crista
lino alueo uiridibus ripis mira placiditate flu
ebat. Quibus alectis / depositis togis & calceis
acerrime piscati sumus. In quo ita luximus ut
pueri. ita luximus ut ebrii. ita concertauimq
ut dementes insanioq; uideremur. Aderat
omnibus ipse alamānus. qui quamq; religi
one impediebatur una ludere. tamen ita specta
torem se prebebat / ut ea que gerebantur / mi
ra festiuitate risuq; comprobaret / Egressis
tandem e fluuio / cena dubia apponitur / ex pi
scibus rostratisq; auibus. expectasti fortasse ut di
cerem nauibus. Sed non est ita / nō est. Sed
aderant aues multe / uina plurima. Omisso
cetera q; cuncta opipere apparata fuerant
.

Amenissimum locum descriptis

. Anserinus Ammis.

Clamauimus

Cenā describit.

& Lautissima conuiuia

Solatiū post cenā habiti p̄bus.

Post cenam uero aude uoraciterq; ut laboran
tibus in aqua euenire consueuit, assumptam:
de ambulatio fuit equestris · inter flauentes
segetes & amena uireta, ramosq; fecunditate
fructuum mouuos, qui longe lateq; uagati:
cantantes alii: alii uocantes · post multas uari
asq; urbanitates: ad ipsum amnem quem an
tea uado traiecerāmus reuersi & in arena
depositi: luctantes inter se agricolas · nudos
& lacertosos - qui placendi gracia conuenerāt:
quasi in gladiatorio certamine usq; ad pri
mam noctis horam letissime spectauimus · cū
illi sepe uolentia maioris roboris prostrati/
& grauissimo casu ad terram elisi/ cenoq; ī
uoluti/ uberem ridendi materiā nobis prebe
rent · sed ego genera ipsa uoluptatū non sin
gula ac minuta / nam id quidē longius esset/
enarro · Scis enim tu quam multa esse soleāt
inter familiares letos & unanimiter ad fe
stiuitatem paratos · Denioq; hic dies procul du
bio fastis ascribendus est · & melore lapillo
numerandus · Presertim cum eo turbationis de
uenerint res nostre / de curialibus loquor: ut
summo studio conquirendum sit aliquid/
Quod nos quacunq; ratione ab illaq; amaris
sima cogitacione diuertat · Vale luce mi · idq;
iunii :-

Luctamen agricolq.

nō· pro Curialibz·

LEONARDVS S. D. Petrilo neapolitano. En qd̄
iam dudum sepe inter nos colloquti diuina
bamus fore/ ut nubila hec tempestas indies ma
gis magisq; ingraueſcens/ procellam deinde su
bitam horrendamq; daret/ tandem aliquādo
effectū est. Patres enim longa indignatione ira
q; permoti/ relicto pontifice abierunt. quo q
dem die/ nihil aut procelloſius aut turbulen
tius fuisse umq; imaginari possum. Tuā igit
sapientiam ualde equidē laudo. quod ista pro
uidens te iam antea neapolim in tutum rece
pisti. Me autem culpo/ quod cum non minꝰ
fortasse quam tu ista prouidissem/ subire ta
men malui quam uitare. Accipe uero a nobis
quem admodum res gesta sit. Nam & auere
te arbitror ueritate cognoscere: & falsa per
eos multa qui ignorant circumferent. Repetā
igitur superiora quedam ex eo uidelicet tem
pore quo tu a nobis discepsisti. quo facilius rei
geste causas progressusq; intelligas. fuerat pō
tifex noster postq; roma abiit/ mensis aliquod
senis cōmoratus. Tempus interea uenit quo
saone constituerat adesse. Ad cum summa
omnium bonoq; querela tempus defluere pas
sus est/ promissumq; neglexit contemptitoq;.
Aduersarius autem pontifex/ saonam uti pro
miserat uenit/ & quidē ad prescriptā diem.

nostrig absentiam illudens singulis horis accusab
at. Orem acerbam. & non presentium modo i
talox sed posterox quoox dedecus ingens. Quid
enim turpius nobis accidere potuit? Quid fedi?
Quid ignominiosius? locum pro unione xpiānox
anobis paulo ante sponte consultoox receptum,
mox erectis cunctox animis adire postea uo
luisse. Hec tu scribere audes dicet quispiam?
Cum sis in pontificis familiaribus? Protinus ita.
Quid enim nunc aduler? & alia sentire me fin
gam? Vnus quippe xpiānox sum. & unus ita
lox. Alteros fraudari unitate & pace. Alteros
ut infidos & fedifragos in crimē uocari disrum
por. Non tu igitur pontificem amas. Immo plg
certe quam isti qui mentiendo & adulando
diuersa illi suasserunt. Ego enim ueram pon
tificis gloriam concupiui. Ea profecto fuit in
unitate & pace xpiāno populo ut promiserat
exibenda. Quo quid glorioshius? Quid immor
talius esse potuit? Isti uero ut quomodocūox
sederet: etiam cum querela hominū sua se
rūt, quod qui glorioshum putant dementes ip
si sunt. presertim cum obscux non esset, hec
que nunc euenerunt fuisse uentura. Sed
redeo illuc unde digressus sum. cum pontifex
saonā non iuisset, & aduersarius ad prescri
ptū eo profectus nostram absentiam accusare

nuntiaretur / indignantibus cunctis & aperte
frementibus: secunda quedā naugatio ut di
ci solet recipitur. Vt alter pontifex in ueneris
portum / noster uero lucam ueniret. Senis igr
per mensem ianuariū maximis niuibus pro
fecti / lucam deuenimus. Ibi ut pote ex propī
quo: crebris ultro citroq; oratoribus missis
acceptisq; nihilo ref se melius habere appare
bat. Nec sane mens in illo pontifice sana erat.
Sed occulebat ille quidē bona fronte propositū
malum. & certe in causa superior habebatur.
Nam & saonam ierat ad prescriptum diem.
nostro turpiter deficiente. & postea quasi ue
ra cuppido messet / etrurie littus aduenerat:
obuiam strenue profectus tarditati nostre.
Cumq; in nostram ut ita dixerim terram per
uenisset / illud haud impudenter dicere ui
debantur / se in litore esse uelle / ne a classe
tutelaq; sua discenderet longius. locum autē
recusare nullū / modo lictoreq; esset. Hec illig
summa erat. At noster quasi nostra nitens /
ad littus descendere recusabat. meditarre
nea probabat loca / nec tamen omnia se ea
tantumq; se pontificē extimarent. Ita alter
quasi aquaticum animal in siccum exire:
alter quasi terrestre / undas aspicere perhor
rebat. Exacerbat uero dolorem / quod uulgo

exſtimabatur · neq; illi ſi in ficcum deſcende
ret, neq; huic ſi litus adiret, quicq̃ pericu
li ſubeſſe · Nec ipſi quoq; id non intelligere
putabantur · Sed metum de induſtria fin
gere: quo deſideria hominum fruſtrarentur.
Erant igitur querele ingentes · & aperta iam
protinus oblocutio · indignabanturq; omnes:
ea etate homines, ſupra ſeptuagenarium u
terq; eſt, quo paucos ſederent annos, & dei
metum & hominum cenſuram poſt habere.
hec erat hominum indignatio & querela.
De me autem ſi queris: ego deceptum pō
tificem noſtr, ab his de quibus ſupradixi.
metumq; inanem per malos ſuaſſores inie
ctum illi exiſtimabam · Conſpexeram enī
ab initio illius rectiſſimā uoluntatē · Muta
tum uero ex ſe ipſo bonum quidē uiz
perſuadere mihi non poteram · Nam ſi ma
lignum putaſſem, non tu me pueniſſes ab
eundo · Cum eſſet hic ſtatus rez: ecce noua
perturbatio ſuporitur · Conſtituit enim
pontifex noſter cardinales nouos in eccleſiā
romanam aſſūmere · Huius uero cauſe er
ant due · una quod fautoribus quibuſdam
ſuis graciam referre cupiebant · preſertī
id magnopere flagitantibus · Altera quod
admiſcendo uetuſtis patribus, nouos aſſū

ptos temperatuz se illoz uehementiam exi
stimabat. Non erat dubium patres aduer
sus hanc pontificis uoluntatem esse recla
maturos. Et est mos hi nil tale absq illoz co
sensu a pontifice decerni. fortiter igitur
patres conandum ratus, patres, ua aduersus hac
pontificis uoluntatem esse reclamaturos at in
consilium uocat. Conuenere trepidi, & iam
inde aliud alii suspicantes. Paratur secreto
locus. subsellia ponuntur. prodit e cubiculo
pontifex. & in trono resedit. Patres inde suis
locis consedere iubentur. Vbiq consensum
est: Pontifex contra consuetudine duos circa se
familiares retinuit: ceteram multitudinem o
nem exclusit: id siue ut interuentu nostro
si quid opus foret uteretur, siue aliam ob
causam fecerit incertum habeo. Mora que
dam priusq silentiu fuit. Inde cardinales
aspiciens non satis leto uultu, precipio in
quit ut nemo uesq assurgat. Hec prima
illius uox, cum mentes subita admiratione
percussisset. alio alium respiciente indig
nanteq: herricus tusculanus quid est inqt
hoc pater. & quid ipse uult istuc preceptu.
Quando quidem inquit pontifex uobiscu nego
recte agere, prouidere ecclesie uolo. Ad hec
herricus inflamato uultu. Imo destruere

ecleſiam uiſ · hic cum indignarentur omneſ ſe
derent tamen: primuſ omnium Rainalduſ
Aegre ferre ſancti uiti in macello diaconuſ: uir ut tunc
mihi uiſum eſt, omnium qui aderant corda
tiſſimuſ, repente aſſurgenſ moriamur potiuſ
Descriptio persone inquit · Eſt ille ut tu ſcis procero corpore, &
cum proceritate ipſa, tum etiam uerbis facere
animoſ uiſuſ eſt · Itaq; plerioq; poſt hunc ſur
rexerunt · Sed in noua & ſubita re, proſpicĕ
licebat, quid in unoquoq; animi uigoriſq;
meſſet · Rubebant alii · alii palebant · Ira & iur
gio alii, alii prece ſupplicioq; nitebantur · Colūnen
ſem ego uidi ad pedeſ pontificiſ prouolutū
rogantemq; ne ita facere uellet · Contra ue
ro leodienſem minabundum & contumaciter
incenſum · Burdegalenenſiſ uero quaſi medio
quidam, modo iraſ leniebat, modo pontificĕ
precabatur · Ita re infecta conſilium tandē di
mittitur · Precepto tamen priuſ a pontifice e
dito, ne quiſq; patr̃ urbe luca exiret ne ue
in iuſſu ſuo conuenirent · Id rurſuſ preceptū
non minuſ aſperitatiſ ſuſpitioniſq; habere
uiſum eſt · Itaq; maioreſ confeſtim ſecuti mo
tuſ, omnia pĕrūperunt · leodienſiſ ſi quidē
poſt preceptum illud pontificiſ, mutata ueſte
luca egreſſuſ auffugit · Id cum auditum eſſet,
immittuntur equiteſ, qui illum ut reducere

conentur · Hi ergo uestigia pax cautē secuti/pi
sanum inagz discurrerunt · qui est in floren
tinoz ditione · nec tamen cardinalem ipsū
apprehendere potuerunt · Nam pax ante ue
niens in oppidum libratactam se iam rece
perat · rixa tamen non procul ab oppido cohor
ta est · & quidam ab equitibus uulnerati · Ea cū
luce uulgarentur: lucensis princeps ueritus ne
ex hoc florētinoz ira/ quasi uiolato eoz terri
torio contra se prouocasset/ equites qui ea pa
trauerāt cum lucam redirent/ ab ipam ur
bis portam capi iussit · Erat pontifex quoq
sollicitus de equitum suoz erato · grauteroq
ferebat florentinoz fines ab illis uiolatos · Ita
q propere marcellum strozā/ uiz clarissimū ·
qui tunc in curia morabatur: & me quoq u
na cum illo ad se uocauit · Dicit q gesta sint/
nullo suo iussu: sed equitum temeritate fuisse
cōmissa · Nos ergo oratores florentiam ire
iubet · ac rem apud ciuitatem purgare · Cum
essemus in bis conspectu mandataq accipere
mus/ repente ingressus quidam nuntiat/ Car
dinales omnes uno agmine simul abire Eo nū
tio pontifex aduersus/ illico dimittere nos ac
aliis traducere animū coactus est · Neq em
falsa erant que de abitu cardinalium nun
tiabantur · Nam illi quidem ex captiuitate eq

tum recepto animo / priuſ / em̄ principem ipſum
equites formidabant / abeundi palam conſiliū
ſuſceperunt. Audiuit eoꝝ ceptum florenti
nuſ quidam ciuiſ / paucis ante diebuſ lucam
miſſuſ / qui tunc preſens ex hoc ipſo occaſio
nem natuſ / pro inuaſo territorio ab equiti
buſ uociferabatur. Ob huiuſ maxime clamo
rem & ſimul ob equitum iniuriam conter
ritus lucenſis / abire cardinales paſſus eſt. lu
ca igitur egreſſi eodem die piſas migrauere.
Spectaculum me hercle duꝝ fuit atoꝝ acer
bum patres cernere abeuntes. Sed acerbior
paulo poſt mihi apparuit curialiū ſeceſſio.
diuidebatur enim multitudo tota. & quaſi ab
uno corpore membra diuellebantur. aliis car
dinales ſectantibuſ. / aliiſ / cum pontifice remanē
tibuſ / plurimiſ uero incertis & uacillantibꝫ.
querelaꝝ & deteſtationū plena erant omnia.
Pontifex haud multo poſt / nouoſ / cardinales creauit
quatuor. Vellem melioribuſ auſpiciis creatoſ.
Nam niſi fallor multa & terribilia impendūt.
Ego pontificem non deſero. Tenet enim me
familiaritatiſ ius / & officium / quod apud il
lum geſſi / a quo ſalua exiſtimatione mea
recedere poſſe non uideor. Affirmo p̄ multa
tamen que hic fiunt / mihi nequaoꝝ pro
bari Vale. —

LEONARDVS Ruffo · Salutem · Audiuisti que hic turbationes coborte sunt · Patres enim / ut iam pridem suspicabar / Pontificem reliq runt · magna profecta ref · a nis fallor / initi um maximaz nouitatum · de quibus refert plū mum quid sentiat ciuitas uestra · tu si quid habebis facias me certiorem · Ego pontificē non deseram / non quod mihi hec probetur cā. Sed quia in familiaritate eius cum fuerim / nō uideor absq; reprehensione deserere illum pos se · Ita tamen prestabo / ut mei iuris sim · nec quemq; offendam · Pontifex post discessum pat cardinales assumpsit quatuor · in quos es ioha nes dominici / quem ragusinum dicunt · uellē melioribus auspiciis creatus esset · Nam int ta ni fallor impendent : per que non esse pre stet quam esse · Vale : -

LEONARDVS · P · emiliano Quo in statu res nostre sint · Quantisq; agitemur uel potiꝰ iactemur fluctibus / te audiuisse & audire quotidie scio · & nunc plenius de zacharia tuo clarissimo uiro cognosces · Quamq; difficile uidetur rem sic referri ac uoq; posse / ut nō multo a ueritate ipsa ac magnitudine tur bationes superetur · Ego autē mix in modū discutior / quod non absum · quod non in aliquo urbano uel suburbano uel demq; in aliqua fil

ua denios inter spilea feraz abditus hoc tempore lam
libris studiis q intus · Qui uis emm locus mihi
iocundus esset · modo hanc existimabilē ruinā
& cineres ipsos cremate ecclesie / quas hic degens
uidere cogor / aspicere cogem non possem · Itaq
& te felicem arbitror / qui uel dei beneficio uel
singulari prouidentia tua iam pridem ab hui
usmodi incendio ereptus sis · & me paz fortu
natum qui nunc in ista uanicula fluctuanti
ac pene submersa / una cum ceteris naufragium
facio · Super qua re te rogo atq obsecro utsi
quid habes quo animum egz consolari possis /
mihi rescribas / & hunc dolorem uel eruere uel
lenire tua sapientia & facundia conere · Hoc ego
a te expecto · Marinum catauellum & zachariā
nostz uiros prestantissimos mirifice diligo · sed
ut minus frequens quam commodio familiarita
tis nostre postulabat / cum illis uersarer / tempo
ris condicio & rez turbulentia coegerunt · Vale
& me dilige mi iocundissime petre

LEONARDVS Nicolao · S. laurentio quem mi
hi per tuas literas comendasti / Scribo ut ne
gotia eius processere · Omnino illi cupio satisfa
cere · Sed genus peticionis paz per exorbitat ·
De negotio autem fesulano animaduerti quan
to studio annitaris · Itaq & ego in ea re tibi
morem geram · libros q uos mihi misisti accepi
bari Vale ·

e quibuſ uolumen illud ariſtotiliſ pergratum eſt.
aliud uolumen nec multū cupiebam priuſq; ui
derem : & poſtq; uidi confeſtim ſaciatuſ ſum.
nec puto mihi agreculo barbato ſatiſfātum dii
illum perdant uale.

LEONARDVS Nicolao .S. d. Plureſ hiſ diebuſ
late mihi reddite fuerunt epiſtole omneſ fer
me comendaticie . quibuſ in reſpondendo tard
ior fui : ignoſce precor non occupationibuſ req;
agendaq;, que nulle in hoc tempore ſunt : ſed p
turbationi & egritudini / quibuſ aſſidue miq;
in modum diſcutior . Eum quippe in locum
reſ deductaſ cerno, ut neceſſariū ſit merore
confici, & quaſi conſternari . amiſſa iam ſpe, ac
in peruſ labentibuſ in diem rebuſ . Sed hiſ omiſſiſ
que accuſari faciliuſ quam emendari poſſunt,
breuiter reſpondebo . Quantum ad feſulanum
a negotium actinet / Vacabit quidem eccleſia,
Sed tamen illi ipſi qui priuſ tenebat dabitur ī
comendam . Sic enim in cunctiſ quoq; memo
riam teneo factitatum recordor. Itaq; non ui
detur hanc curam in preſentiaq; ſuſcipiendam
eſſe . & qui aliter exiſtimat / conſuetudinem mihi
crede ignorat . Ego tamen paratuſ ſum quoq;
a in caſu huic ſtudium & diligentiam adhibere.
quoniam & iuſtuſ uacationiſ eſt moduſ, & non
omnino inuſtum deſiderium . Nam alteq; illū,

qui per ruinam alteriuſ ad generalem beſtiali
tatem aſcendere cupit: utinam mihi adeſſet
poteſtaſ / non de monte carmelo / ſed de cancaſo
precipitem deiciundi. Neminem cognoui adhuc
uiz bonum: qui huiuſmodi pompaſ & infamaſ p
hanc uiam ſibi ultro oblataſ non repudiaret. ne
dum ambiendo & flagitando perquireret. Avi[a]
iduſ octobriſ conſtitui ad quaſ petriolanaſ lauan
di cauſa proficiſci. eroq; fortaſſiſ ibi octobrem
totum. deinde conſtituam quid mihi infutura
hieme ſit agendum. Si qua ratione me explic
are ex hac procelloſa tempeſtate poſſem / libenter
ad uoſ tamq; in tranſquillū aliquem portum me
reciperem. Nam hic manentem multa undiq;
conturbant. Primū / iſtiſ non obſequor / ut ipſi ef
flagitant. Sepeq; aduerſuſ eoz uoluntatem
contumaciter repugno. nec quicq; exequi nolo /
niſi quod mea equitaſ paciatur. Alii uero preſta
teſ uiri qui nuper ſeceſſerunt meam hanc morā
grauiter & iniq; ferunt. preſertim cum colle
ga mea hinc nuper abierint. & quidem in ſalu
tato hoſpite. Itaq; utriſq; diſpliceo. iſtiſ quod
non facio. illiſ quod non habeo. iſtiſ quod non
obſequor illiſ quod non ſequor. In huiuſmodi mo
leſtiiſ conſtitutuſ quo me uertam neſcio. Omnē
huiuſmodi deliberationem in reditum meum ab
alneiſ reſeruo. deuſ bene uertat conſilia noſtra.

senis xv· kal' octobris

LEONARDVS Nicole Vem aretium kal' ipsis de cembribus · Sumoꝝ hic moram facturus do nec aliquid á poggio rescribatur ; qui instructo atoꝝ doctus de omni cura & cogitacione mea aduos profectus est · Circunspicite diligenter omnia queso · ut maturius quid agendum mi hi sit statuere possitis · Vale · aretii · ii· non· decēb

LEONARDVS S· d· Nicole· Quod ad me ita scribis, quasi ad hominē dux ac nimium pertinacē qui nec ab amicis moneri possit · nec persuaderi sibi permittat · uehementem mi dulcissime ni cola admirationem suscipio · Nam quis me facilior & ab omni abstinatione duritieꝝ remotior · Quis amicoꝝ sententiis morigerator & obsequē tior umoꝝ fuit · Atoꝝ ego nuper senis poggio no stro commisi, ut consilio tuo & ceteroꝝ amicoꝝ quid in illo negotio per me agendū foret sta tueretur · Aquo tamen nec areti per multos dies expectans, nec postea arimini tam diu iā cōmoratus, ullam neoꝝ licteram neoꝝ nuntiū cum quotidie anxius expectarem & ex illo to tus penderem accepi · Non poteram in hanc sus pitionē adduci, ut poggius in re mea presertī tam seria ac tanti ponderis torperet · ac per negligentiam labi tempora sic periculosa pa teretur · Vos potius arbitrabar deliberabūdos

& ambiguos propter difficultatem consilii & in
certitudinem rey futuray expectare ut ali
qua inde firma spes / nobis ostenderetur. Tu
ergo inde ac mature cum ceteris amicis nostris
delibera. kl feb arimini

LEONARDV Riccio. S. Vocauit me hodie c se
nensis ac uehementem querimoniam mihi
aduersus germanum tuum exposuit. Quod
burdegalensi londonis obuiam exisset. quod ipm
postea omni reuerentia & obsequio honorasset.
quod in presentia regis & alibi cum multa cō
tra pontificem dicerentur ipse presens & aud
iens numquay restiterit. quod hystoras que p
pontificem eidē transmisse fuerant, nūquay
ostenderit. sed tacendo illius calūniis quasi
consentientem se prestiterit. Addit etiam p
eum esse factum ut iohanni cincio equiti
britanno & metensi episcopo / Qui pontifi
cis fauebant partibus fides derogaretur: de tec
tis eoy consiliis apud regem. Hec etiā se acce
pisse ex hysteris ueneti cuiusdam / qui londo
nis negotiatur affirmat. a quo comendatiōe
germani tui sepius iam susceperit, ltraq; nō
dubitare se quin & hec que superius dicta sūt
& alia insuper multa de quibus ille non scri
bat / contra honorem pontificis fuerint ab eo
peracta. Hec senensis ad me tanquam ad ho
alneis reseruo. deus bene

minem tibi arctiori uinculo coniunctum cū
indignatione quadam exprobauit. ego os dicē
da pro tempore uidebantur respondi. feci os
meo solito more, ut ad mitigationem ira co
natus omnis adhiberem. Sed tu uide quid
agendum putes. Mihi quidē ad mores isto
& conditionem loco in quibus anconitana e
clesia est, mentem uertenti, maior formido
incumbit. Intelligis quid dicam. Quare pru
denter & mature consilium sume. Arimini
kl feb

LEONARDO Nicolao. binas proximis dieb
abste literas accepi. Sic tamen ut quas tu
prius dederas, mihi posterius redderentur.
In primis que hodie mihi reddite sunt, intel
lexi amici tui qui ut deo seruire sine inopia
possit, episcopatum desiderat oppulentum, ex
imiam cupiditatem & immaturam procul du
bio festinationem. Ato ut huic parti ante oīa
responderam, nec amicum tuum uix utio
bonum, sed minime ut mihi quidem uidetur
astutum, spe uana deludi permittam. primo
scias de priuatione illius quo describis, nulla
omnino in hac nostra curia fuisse aut esse
mentionem. falsumo rumorem ea de re uesti
ras ad aures permanasse. Illud preterea haud
quamo tacuerim. quod tuam & suam prudē

tiam fugere non debet · inhuiusmodi promo
tionibus episcopoꝝ necessarium esse ut aliq
ua diligens & operosa preparatio antecesserit
per quam animi eoꝝ qui dare possint ita
dispositi sint ut dare uelint · Huius ergo
preparationis & oportune & necessarie &
sine qua qui sperat / solide ac uane sperat:
in hoc amico tuo ego nihil uideo · & si per
me uerbis dum taxat fieri posse credatis
in hoc tempore / & in hac tanta florentinoꝝ
ciuium multitudine / quibus aut pro ad
uersa inclamatione medicata ut ita dixerim
offa precludende sunt fauces / aut pro fau
ore ac nauata opera gracie referende / ue
hementer erratis · Aude aliquid breuibꝰ
gravis & carcere dignum / Si uis esse ali
quid · probitas laudatur & alget · Hec ego
scripsi liberius · ut intelligere possitis / aliter
per uos super hac re istic uigilandum & pro
uidendum esse · Nam quantū ad me acti
net / paratissimus sum · Sed hoc non satis
habet uirium in hoc tempore / tantaoꝝ am
bitiosoꝝ hominū cupiditate · quare faciat
ipse qui petit / ut aliquo memorabili obsequio
aliquaue insigni re gesta / nomen eius apd
pontificem comendetur · Medio posuit deꝰ
omnia campo · nec sedentibus corone sed
dineis reseruo · deus bene [illegible]

pugnantibus traduntur. Quod autem in eadē
epistola scribis / tibi meū adhuc consiliū
uehementer placere / est id mihi quidē ut
ita existimes pergratum. Sed nicola noster
contra sentit. Poggius uero ad utrosq; musat.
traq; illud orati dicere non immerito possū.
Tres mihi conuiue prope discordare uiden
tur. Posoentes uario multum diuersa pala
to. Nunc uenio ad alias literas tuas. Ex
pecto epistolas quas mihi uberioris pro
xioris q; polliceris. quibus uellem ut de sa
lutato mihi responderes. quando poggius
noster ut dudum apollinis delphici oracu
lum obmutuit. Vale arimini idibus feb.

LEONARDVS Zuccaro. S.P.d. Vellem in
terdum mihi scribere / & que istic agant /
Que ue sperentur notum facere / tua sollita
diligentia curares. Ego arimini sum. uer
tamen ita sum / ut meus sim / & meo arbitri
o non alieno uiuam. Nihil enim facio / ni
hil scribo / nisi quantum mihi placet. Pla
cet autem tantum / quantum tu nosti. N
ulla adhuc littera mea / ne unus quidem a
pex conspici potest / de quo quisq; in hac
miserabili diuisione possit querimoniam ad
uersus me iustam habere. Adeoq; nota est
omnibus hec integritas mea. nihil ut omīno

mihi quod ad hanc diuisionem spectet deman
detur · Processus & huiusmodi pestilentias: nec
legere: nec scribere, nec ubi legerentur, scribe
rentur ue adēc umq̄ uolui · que res multū
ad utilitatem & graciam mihi obest · Sed ob
sit quantum uult · semel decreui ita fore in
curia, ut neminem ledam · si hanc integrita
tem seruare mihi liceat: morabor · si non licu
erit: confestim abibo · Vale ~

LEONARDVS Nicolao · Salutem · Egisti mecū
pro cetera tua diligentia, & uetustatq̄ rep
eximia cura, ut si quid antiquitatis arimini
re periret tibi notum facere per meas lite
ras meas curarem · Quod postq̄ intellexi: tā
& si antea sponte mea satis accurate uisendi
studio cuncta lustraueram: tamen cognito
desiderio tuo arimini rursus urbem · omniaq̄
perscrutatus sum · & quam diligentissime po
tui singula prospexi: ut tue quam acculatis
sime satisfacerem uoluntati · Est autē ariminū
ut te ignorare minime arbitror populi roma
ni colonia: antiquissima quidē, ac celeberrima ·
Sed euenit in hac, quod in ceteris antiquis ur
bibus euenire solet: ut reliquie ac monumē
ta quedam uetustissimq̄ opeq̄ conspiciantur,
ueq̄ ita ruinis quassa, ac uetustate ipsa con
sumpta, ut nec cuius figure nec ad quem usū

Arimin.

fabricata fuerint / quamuis diligentissimus
prospector queat agnoscere · Duo tamen nota
bilia & prestantia antiquor opes monumē
ta: que pene adhuc integra supersunt / dig
na annotacione & usu spetiosa / tibi quam mi
nus inepte potero describere conabor. Porta est
sublimis ac magnifica / lapide quadrato · & di
ligenti artificio perpolita · cuius antiquitatē
ex hiatibus superne incisis coniectare licet · Quā
quam enim ex parte quadam disiecte: tamē
& consulis mentionem habent: & diptongi
quedam secundum antiquam scribendi nor
mam: ut pro uiis meis / & pro celeberrimis
celeberrimeis / more grecor / qui non numquā
huiusmodi diptongo utuntur: scripte legant.
Huius uero porte turres latera: turres due utrī
q; munichant / quas tamen quia non item ex
lapide / sed ex latentio fuerunt: iam antiqui
tas pene totas assumpsit · habes unū monumē
tum · nunc aliud accipe / non minus insigne.
Pons est ex marmore ornatissimus ac pulcerri
mus: quem ut licitere ab utraq; sponda docēt
incise: diui augustus & tiberius dedere · fieri
potest: ut alter inceperit / alter absoluerit · uel
ut ab altero destinatus: ab altero sit perfectꝰ
Quomodocunq; sit / pontis structura est per ma
gnifica · marmora undiq; decorant · quatuor

nō. duo monumēta Arimini existere.

De porta Arimini existente.

Celeberrimeis & celeberrimis.

De ponte apud Arimini existente

m alueo pedes habet · arcubus quinos ripas co
iungit · latitudo est satis ampla · ut bine quadri
ge aduersu citate / se inuicem non impediant ·
& uia insuper ab utraos parte: per gradus
paulo altiores secundum parietes / qua pedibus
iri possit / reliquatur · Parietes uero ipsi ex mar
more sunt · per hunc modum facti · Singuli
lapides deincepsi positi: per latitudinē recti /
& a summo teretes: suo tantum pondere mo
les subnixi / uiam utrinos muniunt / & po
tis oras claudunt extremas · Quod autem
pro magnificentia eius operis maxime noto:
longius transripam ab utraos parte struc
tura pontis eodem ornatu faciesos proten
ditur · ne mutacione aluei fallere / aut cir
cūuenire amnis possit · Via autem á ponte
strata fuit lapidibus illis quibus circa urbē
romā multa itinera strata fuisse cernuntur ·
extantos adhuc reliquie quedam · lapides os
ex eo genere passim iacentes pluribus in locis
conspiciuntur euulsi · Ex hiis uero duobus
monumentis satis aperte iudicari potest: hāc
urbem priscis illis temporibus maioris ambi
tus quam hodie sit / non fuisse: sed aliquanto
etiam minoris · Nam ea ex parteos pisauy
ac fanū fortune spectat: antiqua est porta
de qua supradixi: & ex opposita regione oppi

di: qua rauennā uersus itur / pons est augusti
& tiberi super flumē quod urbē ablunt. Alius
rursus ex ptibus tam uersus mare quam uer
sus continentem menia cernuntur uetusta /
a quibus productum esse pomerium constat:
& spatium antique urbis additamento non
paruo amplificatum. Quod si quis forte nō
putat hanc quam dico puntatem: illi tam cre
bre apud istoricos mentioni ac celebritati hu
ius loci conuenire: maioremq; & amplioremē
fuisse contendat: is cogitare debet ob oportu
nitatem huius potius urbis / que extremis ita
lie horis sita gallisq; finitima accomoda erat /
quam ob magnitudinem eius tam frequen
tem mentionem haberi. Illud insuper consi
derandum est / quod plerosq; non satis eruch
tos interdum fallit: aliud urbem significare /
aliud ciuitatem. Vrbs enim est solum edifi
cia & menia. ab orbe quod locus cingitur ap
pellata. ciuitas autem est congregatio homi
num iure sociatorū / et eisdem legibus uiuēē
tium. Vnde bonus uir ut aiunt stoici / ex ur
be quidem pelli potest / ex ciuitate uero non
potest. Vt licet urbs ipsa pua fuerit: ciuitas
nihilominus maxima & amplissima fuisse
poterit. Neq; enim multum refert / ut op
pinor / intra urbem ciues habitent uel extra.

Vrbs & ciuitas differunt.

modo eisdem legibus unoq; statutis consulto ui
uant · eosdemq; magistratus uereantur · mu
neraq; & honores simul capiant · Perusia &
aretium / paruas fuisse urbes · ex utriusq; anti
quis menibus aperte discernitur · eodem tamē
ciuitates magne & etrurie capita fuere · An
credis multitudinē ciuium / que nunc est /
cum illa que tunc erat aliquo modo comparā
da? dici procul dubio non potest · Quid ergo
erat? & intra & extra urbem ciuitas uocabatur.
In ipsa uero urbe : quod erat precipuum ciui
tatis oppidum : fora erant & iudicia / & magistra
tus · qui cum res postulabat / in concilium ciues uo
cabat · Hoc etiam nomen ipsum ciuitatis at
testari uidetur · Ciere namq; uocare est · Inde
cetus · inde ciues / inde ciuitas · inde etiam illa
composita contio · concilium · conciliabolum · &
alia huiusmodi congregationis uocabula : ex eo
dicta quod multitudo uarie dispersa in unum
conuocabatur · Qui uero aiunt ciuitatem dici
quasi ciuium unitatem · Hi cum pace eorq; dictū
sit · omnino delirant / in scitia literaq; · Veli
namq; ab ipsis audire · num & paruitas di
catur · quasi puoq; dicatur unitas : & similiter
diuersitas & uarietas : diuersoq; & uarioq; unitas ·
Probat insuper illa ratio : quod apud ueteres di
stinctio fit : inter ciues & peregrinos · non ut ho

Perusia · Aretumq;.

De hoc nomine ciuitas & intra urbē & extra dicit. auctor &c.

Ciuitas nō dicit. q; unius ciuium

die facimus / meptissime quidem sed tamen faci
mus: imperitia enim non solum rex sed etiam
uerbox / omnia in hac tempox nostrox fece con
fudit: inter ciues & comitatinos. Peregrinus
rex mimma pompilius rome fuisse dicitur: quod
erat ex sabinis. licet finitima ciuitate: tamen a
liena. & ciceronem non numo mali uoli / propter
in modicam iuditiox potentiam / peregrinum rege
uocitabant. quod erat arpinas origine. Hec dixi
sse uelim / ut quam diuersa sit urbis ac ciuitatis
significatio / non ignoremus. nec admiratiom sit
nobis / si celeberrimax ac potentissimax olim ci
uitatum / paruas interdum urbes: & que tante ce
lebritati fame non uideantur respondere / conspi
cimus. Possem adhoc multa ex antio mis addu
cere / quibus ea que supra dixi de ciuitate & ur
be magnifestissime comprobantur. nisi uererer
ne in re magnifesta tedium ac fastidium pro
lixitas pareret. Sed regrediendū est unde dis
gressus. fui. tamox enim si presens tecum loquerer
facultatem quamdam euagandi licentiox & de to
ta antiquitate loquendi mihi absumpsi: putans
id tibi plus uoluptatis quam molestie alatux.

De urbe Arriminj.

Vrbem igitur ariminū uetustis illis temporibus
minorem alquanto quam nunc sit fuisse ciui
tatem apparet. nibilominus longe maiorem ut
supradixi arbitror fuisse. Ex monumentis aute uetu

stis, duo tibi descripsi, que mihi relatu digna uidebantur. Sed postoꝝ antiquoꝝ huius loci monimentoꝝ facere mentionem institui: & liberiꝰ euagari epistola cepit: non preteribo unum huiusce loci ac pulcerrimum prisce antiquitatis specimen. cui nec ulla molita roma, que imperium terris, animos equauit olimpo: neq; athene, aut siracuse, magnificaꝝ quondam urbium ingentes ruine: quicoꝝ par aut simile in suis hodie reliquis habēt. Est autem hoc non marmor parium: non lapis mumidicꝰ. non phidiacum ebur: non corrinthicū uas. non statua ex ere aut marmore fabricata. non edificium. non pensiles orti. non cochlea colūna, non theatꝝ, non obeliscus, non signū. non tabula, non toreuma. res mute quidem & puerozꝝ oblectamenta: Sed prestantissimoꝝ uiroꝝ, eoꝝ dico quos stupidi legentes admirari & quoꝝ memoriam uenerari solemus, uiuam & animatam effigiem. Viꝝ enim prestantissimum & mihi crede qui quam lentus ac diffidens laudator esse consueriim non ignoras: Viꝝ moꝰ prestantissimum ex illo prisco genere hominum in hac urbe inueni. Carolum malatestam principem huius ciuitatis. Quem ego quotiens intueor, toties mihi aliquem M. marcellum aut furiū

Antiquitas permulta apud Arimina est. Laudat. mō.

Vrbis ornamenta

Caroli malateste. Laud.

camillū / inuſtiſſimoſ bello duceſ / & eoſdem in pa
ce mitiſſimoſ atq; optimoſ uiroſ legibuſq; obtē
peratiſſimoſ intueri · Crede mihi nicolae non
te fallo / nec ipſe fallor · Numq; unū hominē
qui magnitudine animi & ingenii precel
lentia / aliiſq; ſummo duce digniſ uirtutibꝰ
ad antiquoſ illoſ illuſtreſ uiroſ propriuſ mihi
uideretur accedere · Nec tamen nunc áme
in hoc uiro tibi recenſendo / laudationem ora
toriam & dicendi artificium expectes · Iſtiſ
enim huiuſcemodi ornatu opuſ eſt / quoꝝ ur
tutes ac reſ geſte ſatiſ per ſe ipſoſ formoſe
non ſunt · ut mulieres uidemuſ illaſ maxime
fuco · ornatuq; muiti · Que ſua ac uera pul
critudine carent · Preterea nec tempuſ / nec pro
poſitum meum / nec epiſtolariſ / patitur / breui
tas me nunc per rethoꝝ precepta diſcurrere.
& panagericaſ comendationeſ excēpere · Itaq;
illa pretereo que de generiſ claritate · que de
genere amplitudine ac gloria maioꝝ · que
de fortuniſ ac facultatibuſ · ceteriſq; huuſ
generiſ ueriſſime & accumulatiſſime poſſem
ſi in hiſ demouſtrandiſ occupatuſ eſſe uellē
referre · Quid enim actineret ſplendorem
familie ceteraq; euiſcemodi in huiuſ laudem
abducere · cum ipſe quocunq; in loco natuſ fu
iſſet / propter egregiaſ uirtuteſ ſibi ipſi fuerit no

bilitatem gloriam, & amplitudinem parituruſ. Il
lud tantum breuiter & ſumatim dicam. ex
clariſſima huiuſ familia preſtantiſſimiſ ac ſū
miſ uiriſ continua ſucceſſione referta: Sic om
nium ſuperioꝝ uirtuteſ: dei munificentia in
iſtum collataſ: ut quicunoꝝ in ea familia aut
conſilio / aut magnitudine animi: aut ſtrenui
tate / aut iuſticia / aut liberalitate / conſpicuuſ
fuerit / in hoc uno tamoꝝ legitimo omnium ſuc
ceſſore / cunctę huiuſ modi ſuperioꝝ ſuoꝝ pre
ſtantiſſime doteſ appareant. Eſt enim ut mi
hi quidem uidetur. prorſuſ mirabile / quā mi
tiſ ac uariiſ rebuſ hic princepſ excellat. Etp
mūſ in rebuſ bellicis / quanta hic uir gloria ſit
quantumoꝝ iudicio omnium qui rei militaris
periciam habent: excellere putetur / conſentiet
omnium fama / teſtatur. Extantoꝝ reſ ab eo
geſte: magne quidem ac memorabileſ: & ab ipā
adoleſcentia continuatiſ uictoriiſ feliciter cō
fecte: in quibuſ & generoſa celſitudo cordiſ
ad pericula capeſcenda / & inter ipſa pericula
inuictum corporiſ atoꝝ animi robur apparu
it. Rurſuſ ad pacem atoꝝ ad eaſ reſ que ſine
armiſ geruntur ſi te uertaſ inueniet conſilii
maturitatē & prudentiam ſingularē. Quem
hoc uno tanta eſt / quantam & accumen ex
cellentiſ ingenii & multaꝝ ac maximaꝝ rez

Laus a gloria belli.

Laus a rebꝫ
domeſticis.
& ciuilibꝫ.

critus & diuturnus usus maximam in homine
efficere potest. Accedit ad hec: illud meo iudi
cio mirabile, ac nescio si reste dixerim stu
pendum. quod uir in his rebus que a studiis
aborrere uidentur occupatissimus: tantum lic
teratura tua & doctrina pollet: Quantum
perari assecuntur ex is qui uniuersam etate
in huiuscemodi studiis posuerunt. his aditias
illa preclara sine quibus omnis prestantia
in principe deformatur, modestiam, honest
atem, mansuetudine, transquillitatem, regione,
sanctimoniam, integritatem. & hec omnia eg
regia. Est preterea tanto nature munere, ut
ad singula precipue natus uideatur: celerime
legere: uersus facere, soluta oratione elegan
ter dictare: & quod in robustissimo corpore
mirandum est, nec ipse de eo scriberem nisi
de diuo augusto ac de diuo tito uespasiam fi
lio, idem legissem: ta uenuste propria manu
scribere: ut omnes librarios uel adequare faci
liter uel superare possit. Itaq; haud facile di
xerim: robustior an doctior, corpore an men
te ualidior atq; aptior: iustior. an ingemosior,
sit existimandus. Sunt insuper qui felicitate
eius ex successibus rez bene gestaz magnifice
extollant. quod equidem tribuendum puto, cū
industrie sūmi uiri, tum eiusdē iustitie ac pie

tati · Verbum est enim furii camilli · omnia pros
pera euenire sequentibus deos · aduersa sper
nentibus · Nolo quemq̃ ex antiquis prestan
tibus uiris in contentionem adducere · sed
certissime confido / cum de uetustis rebus ame
quesieris / hoc specumen antiquitatis / nec q̃ē
quam fuisse pretereundum · Vale arimini x
kal martias

LEONARDVS · Petro emiliano · S P D Opinor
tibi non satis magnifestam solū / uel etiā
satis probatam esse causam / cur per hosce mē
ses ad te scribere haud multo properarim ·
Cum enim epistolaꝝ officium sit / ut absentis
de iis rebus que apud nos geruntur certio
res faciamus · atq; ego apud eos degerem
quoꝝ opera ac uoluntates a te minime pro
bari sentiebam · cōmitendum non censui / mee
ut litere in quibus presertim nihil utilita
tis ad corrigendā emendendam q; prolap
sam / rē. p. messe poterat · aliquid ut suspitionis aut
offensionis contraherent · Etis enim quia ubi
aduersus quempiam infensi sunt aī / oīs oī
no comunicatio / etiam si nihil habeat nocu
menti / molestissima est · Quam obrem inter
missi equidē ad te scribere · cum tamen amor
erga te meus nullam intermissionē carita
tis aut benuolentie pateretur · Nunc autē

quoniam ex eo loco in quo nihil aliud quā
uis quodam familiaritatis me detinebat: de
creto florentine ciuitatis reuocatus sum: &
iam sine cuiquam offensa scribere posse ui
deor: dabo operam ut quam inter capedinē
abstulit condictio temporis, hanc iam liber &
omni solutus cura animus exsuplēt. Hoc ite
ate qui nsdem ut oppinor rationibus addu
ctus, longū mihi literaz tuaz silentium as
pexisti prestitisti, nunc submota causa censeo
facilitate
faciendum. Sic & quod intermissum est. assi
duitate crebritate oz instaurabimus: & non lō
gi temporis incomodum longa atoz continua
comoditas liniet. uale.

LEONARDVS S. d. antonio. Ingentē uolup
tatis partem peregrinatiūculis meis defui
sse existimo: quod nec florentie nec aretii
tecum esse potuerim. Sed alternatis tempo
ribus dum ego florentiam remigrarē. Sup
qua re uix est ut non putem mihi fortunā
inuidisse: & cum cetera ut optabam prestaret:
hoc unum denegasse: ne cuppiditas mea pe
nitus impleretur. Valde tamen molestus mi
hi fuit te aretii non inuenisse quam florē
tie. Primo quod non quemadmodum florē
tia aretium, sic aretio florentiam petiturus
eram. Deinde quod licet prius esse apud

uenisse, tu aretii fueris-
dū rursus aretiū pe-
tu florentiam

me firmissima de tua probitate constituta opi
nio / tamen ita magnas & egregias laudes ad
mirabiliū uirtutum tuaꝝ in ea ciuitate que
te proximo semestri cum imperio presidente
experta erat audiui: ut longe magis infla
matus sim ad benuolentiā & caritatem tui.
Itaq; ualde angebar animi / facultatem mihi
ademptam tibi / e presēti uestigio gratulandi. fuit enī
profecto uirtus omni tempore admiranda.
Sed etate nostra tanto magis quanto bonoꝝ
uiroꝝ penuria est maior. presertim in mag
istratibus / ubi propter licentiam peccandi absti
nere se difficilius est. Plerisq; enim non tam
uoluntas malignandi de est / quam facultas.
tui uero cum licuerit / non libuit: in eo cognita
& spectata est bonitas. Enarrare quidem nō
possem / quantopere uniuersam ciuitatem inte
conuersam repererim. quam amplissimis co
mendationibus te ac nomen tuū ubicunq;
sermo inciderit prosequantur. quam satiari
nequeant / tam iusticiam / integritatem / absti
nentiam / moderationem / humanitatem / mo
rigeratas. Preterea illa que tibi comunia sūt
cum multis. hoc uero egregiū & ut nunc sūt
mores maxime luculentum: quod te unum
fuisse aiunt ex illo sanctissimo genere homi
num / qui non putaret predam tibi concessā

cum gubernatio ſubiectoꝝ demandaretur. Qui
non uexationem & ſpoliationē hominū tue dic
tioni poteſtatiꝝ mandatoꝝ ſed tutelam & ſuble
uationem tibi cōmiſſam arbitrauere. Nolo quē
quam meis lideris actingere. nec ex aliorꝝ ma
lefactis uirtutem tuam extollere. ſed tamen
uereor ne ea de cauſa hec āte obſuata homi
nes in admiratiōne conuerterint: quod rariſ
ſima ſint huiuſ probitatiſ integritatiſoꝝ exē
pla. Nam uſoꝝ adeo conuerſa eſt reſ. tantum
oꝝ potuit cupiditatum ueſania: ut impunita
tem & predam ſe natoſ extiment, quibuſ ma
giſtratuſ & imperia cōmittuntur. Ac ſi uera
fateri uolumuſ, faſceſ & ſecureſ noſtri tem
poriſ, nihꝫ aliud ſunt quam mercimonia uel po
tiuſ latrocinia, queſtuſ & rapinaꝝ cauſa ſcele
ratiſſime comparata. itaoꝝ illi maxime iuſti
ciam uiolare didicerunt. quibuſ ad iuſticie
tutelam publice arma gladiioꝝ traduntur.
Quo quid peruerſiuſ eſſe poſſit, non equidē in
telligo. Natura enim ita comparatum eſt,
ut in rectoribuſ preponendis, populoꝝ tantū
queratur utilitaſ. utilitaſ punire maleficia. fa
cinoroſoſ abſtere rere. diſcordiaſ tollere. de como
do eoꝝ qui reguntur cogitare. rapinaſ, dampna,
muriaſ, contumeliaſ non ſolum non inferre, ſed
etiam ne alter quiſoꝝ inferat prohibere. Abſti

nō. de magiſtra
tibz hoīm mī.

nō. de ſtatu rectoꝝ
ſpūs dñi gregis.

nentia & integritate in omnibus uti · Quid
ergo scelestius/ quid proditioni similius: quam
ut ea facias ad que prohibenda custos pre
fectus sis · At enim quid sibi habebit is qui
magistratum gerit: an nō aliud quicq̄ nisi labo
rem regēdioq̄ molestias: habebit profecto/ &
quidem rem maximam omnioq̄ pecunia
lucrioq̄ potiorem. Id autem erit honor &
gloria ad quem omnis peccunia compara ta
uilescit · Cui autem hoc non satis est: is nū
quam bonus erit gubernator · Recta igit
pticio fuerit/ ut qui reguntur utilitatēs/ rec
tores autem honorem percipiant · quod & ipā
que fuerunt instrumenta declarant · Quid
enim queso parant homines magistratum
inituri: Vexilla credo & equos & stragulam
uestem · sagulaq̄ & parmas & lofos · ac ce
tera eiuscemodi · que quidē omnia non
peccunie captande / Sed splendoris ac ma
gnificentie sunt instrumenta · At enim mer
cator questus gracia proficiscens/ nil secum
tale defert · Sed libros & calculos · lucri igi
& honoris querendi diuersa admodum ratio
est: diuersioq̄ apparatus · que duo nunc pleri
q̄ confundunt · Adhuc & peccuniā cun
cta referentes · perinde in magistratibus/ ut
in mercimoniis questuosi · Tibi igitur gratulor

& bona administra
tio honorem cōsequitur ·

qui uex iter ingressus · non quantum pecc
unie sed quantum laudis ex magistratus re
ferres cogitasti · Quem neq; cupiditas animi
abratione distraxerit neq; superbia ab eq
uabilitate · Itaq; non iam alium tibi imitā
dum proponam · Sed ut te ipsum imiteris
exortor · Nihil enim tibi deerit ad laudē ·
si te post hac prestiteris quam similimum tui ·
Vale

LEONARDVS Ruffo Salutem · Ad iii· nonas ap
rilis cum pisas uenissem / obedient patri
bus qui per crebras me literas euocarant :
offendi rem concilii opinione meliorem Ita
frequens iam multitudo coiuit · & quidem
excellentissimoꝝ hominum : tanquam in dies
singulos cumulatur · omnibus undiq; conflu
entibus / ut uix sufficitura hec urbs magni
tudini conuentus uideatur · Collegio autē
patꝝ nihil humanius / nihilq; uigilantius ·
Expectantur britanie episcopi · qui cum bur
degalēn prope diem affuturi dicuntur · Proces
sus interea legitimi fiunt / aduersus pontifi
cem nostꝝ · Orem duram · sed tamen necce
ssariam · quando ille post malos suasores a
tiens · promissa iurataq; comtempnit · Alama
num archiepiscopum pisanum propinquā
tum hominem omni laude dignissimū / eo

uenio frequenter ac de te sermo nobis creber est.
Hec tibi scripsi potius ut lictoras tuas elicerem
quam ut quicq̃ haberem : quod magnopere no
sce te uellem . Tu mihi aliquid prolixius rescri
bas rogo . presertim de studiis tuis / que multo
malim quam acta concilii perdiscere . Vale .

LEONARDVS . Nicolao . In hac ipsa hora cum tibi
scribere pararem : lictere tue mihi reddite
fuerunt . Primo igitur dicam quod dicturus
eram : deinde tuis respondebo . Bar . cremonēsis
mihi hodie adfirmauit / se ciceronis epistolas ex
uetustissima lictera repperisse . Comtempsi pri
mo . mox cum magis magisq̃ asseueraret : com
festim domum eius uisendi studio me corri
pui . quo in loco mihi ostenditur uolumen : an
tiquissimū sane / ac uenerandum . Sed dum au
de euolo . ac singula scrutor / inuenio epistolas
ad brutum & ad q̃ fratrē . eas uidelicet ipsas /
quas habemus . & septem dum taxat ad attic̄u
libros . fuit id minus q̃ optarem . Sed tamen
oppinor aliquantulū meritlucri ad nostras e
mendandas . Illud satis constat / quas antea ha
buimus ex eo uolumine non fuisse transcrip
tas . cum ibi non plures q̃ septē ad attic̄u
libri . nos ut oppinor xiiii habeamus . Nonū
marcellum dicit se in dies expectare . Hec ti
bi nota constituera̅m facere priusquam . Nunc ad

literas tuas. De libro eligendo: utq; uis eligas bene erit. & quos meo nomine habes habebis ue, queso diligenter conserua. De augustinia no autem negotio literas uberioris expecto. Georgiam per hunc ricii puerq; tibi mitto. Tu si cōmode fieri poterit, dabis operam ut quam celebriter transcribatur. Vale pistorq;. kl' nouemb

LEONARDVS. Nicolao. quod de agatho—cirio scribis; me quidē in ea re minime respondere tibi aperte queam proibet consideratio antiqui brarii: quem nec cicere honeste, nec una retinē comode possum. Suspicor tamen hunc per se e migrandi consilium sumptum. Quod si faciet: continuo agathocirium uocabo. Gracchum uitam legit nunc antonius lusciuus. cum eam perlegerit ad te deferetur. Cum hec superiora iam exarrassem: alie mihi literē tue delate fuerūt, quas xiii kl' martias ad me dederas. De agathocirio satis supra expressi. De gracchō quid cicero scripserit, non ignorabam. & est uaria apud illum relatio: ut alibi deprimat illos alibi tollat. Nec id mirq;, cum & illorq; acta fuerint uaria. Ab optimis enim initiis profectos, ō tenciones ciuiles longius euexere. ut sint que laudari & que dampnari possint. Ego tamen de his alias ad te referibam plenius. hec satis ad literas tuas. Sed tu accipe que apud nos nouo

ra . Iohannes / grecus miles bononiam uenit / ad
xi kl' martias . Secum habet demetrium / non
pohorchitam sed pohorcomenon . & gnam
num ueronensem . Hic ut gustare primo
aduentu potui / iuuenis est ad prime erudi
tus : & qui tibi placere non immerito possit .
Miles satis habuit uestes portare . que apud
eum leuissime sunt . Nam libros quoniam
grauiores esse uidebantur / animo reliquit
Manuel uero crisoloras nescire se aiunt ubi
terrarum siet . Coniectari tamen illum in
pania esse . Vale

LEONARDVS Nicolao . Valde cupio mee ut
aliquando liceret tibi fastidio sint . non ob im
concinitatē : nam id aduertat iupiter . Sed
ob nimiam crebritatem : quod tamen nescio
an umq̄ continget . Etnarinus tibi presto
aderet quam presentem intueri ac perspi
cere licebit . Expectas iudicium meum : ego
& alias scripsi adte / & nunc etiam magis
confirmo : eruditissimū mihi uideri . & quē
tu probare non immerito possis . Illud per
molestum est : quod miles libros multos secum adtu
lit libros multos . Graues esse putauit . Ipse uero
decreuerat nihil propter leuitatem secum afferre
Quare prpius
traq̄ illos obmisit . Vestes autem uero nequaq̄ grauis
homines dignos adbulit . concursat . curia ridet .

Quare populus concursat. curia ridet. ego di
gito compesco labellum: & quo me uertam nescio.
Vereor enim ut nunc mores sunt, ne ut olim
calden ex orbe roma, ita nunc greci ob has in
eptias e curia pellantur. Mitte queso eos, quos
iam pridem flagitio codicillos. pro religioso aut
illo qui codicillos religionis p[ro]fessus exire cupit,
miror te usq; adeo uehementer anniti. Quasi
uero eius desiderium aut honestum aut tolle
rabile uideri possit. Nam quod causas allegat:
uelamenta quidem illa, sunt inconstantie & ua
cillationis. que quem tu hec eadem allegare nō
putas: itaq; ne me roga queso. Sed siue rog
abis siue non: ego tamen nihil agam. Vale.

LEONARDVS. Nihil mihi longis usum est quā
ut lucteras tuas, quidem intermissas recipe
rem. Quamq; leniebatur desiderium me
um spe propinqui redditus: quem in dies sī
gulos distuli & adhuc differre non desino.
Nunc ad rem pro qua pontifici maximo sup
plicari uoluisti breuiter & pauca respondeo.
Omnia ut spero consequemur secundum sen
tenciam. & quidem intra paucissimos dies
Data est enim forma ut ego cuncta in libe
lum redigam, atq; una cum florentino car
dinali is est zabarellus noster, discutiam: &
censeam quid agendum sit. Non ego dubito

nicholao

quin ita arbitremur ut uos ipsi optatis. Vna dū
taxat & res admiratione pontificia dedit. quod
religiosos ex obseruantia beati augustini dicit
sibi antea inauditos. Sed nisi fallor id non ob
erit. uel quia reperiemus exempla uel quia
etiam si opus sit/bonis in rebus nouum exem
plum laudabiliter instituī posse faciliter persua
debimus. uale.

LEONARDVS Poggio S. Ad xv. kl' april' aretio
rediens deflexi iter in patriam tuam. ibiq;
parentes tuos uidi. utrosq; sane incolumes. De
sorore autē nuper nupta: itemq; de ceteris
tuis prospera mihi retulerunt. Itaq; summa
tim scribere tibi possum more maiorū: reste
sunt apud te omnia. Inde florentiam reuer
sus suscepi abste literas/quibus & si longiori
bus uigiliis ita confectus ut dormire quam
scribere prestet: tamen ut potero respondebo.
Primum igitur quod zucarū nostrū/uir omnīu
suauissimum/facete ut solet dictitare scribis: me
quidem ut patrimonium consumarem abīsse:
se uero remansisse ad patrimonium consu
mendum. id aperte scias uerū non esse. Ego
enim non matrimonium dum taxat/sed pa
trimonium insuper unis nuptiis consumpsi.
Incredibile est quā multa impendantur. his no
uis & iam ad fastidium usq; deductis morbo.

Nec ego nunc sane de conuiuiis loquor · Quamq̃
acta est illa res áme non tribiis disparibus, nec
unis sed pluribus · & aderat insuper pinciul cy
tharedo nobilis. meministi opinor eiusdem qui apd'
mulieres q̃ndoq̃ in conuiuiis querebatur qd'
ille sederet, cum pinciul rectus staret · Hinc
tu frequentiam existimare potes · Vacue feci fori-
& aromatarias, tabernas, cocos, fartores, aucu
pes · notos & ignotos pariter fatigaui · Vex hec
licet sint magna, tamen non sunt magna · pro
pterea quod rumoris plus habent quam impe
se, & plus strepitus inferunt quam damni · Sed
illa intollerabilia, quod uestitu mundoq̃ muli
ebri, nullus est finis · Vellem ut romani tui isti
quibus ex uetere gloria nihil preter inanē
iactantiam remansit, aur, argentū, purpurā,
margharitas, & ceteroq̃ ornatum florentinaq̃
mulieq̃ conspicerent: ut desinerent, aliquādo, tam ab
surde de se ipsis opinari · Sed hec zucarus
noster efficacius redarguet · nos ad reliquam
partem litteraq̃ tuaq̃ accedamus · Quod e
nim queris quem admodum apellare me in
hac noua mitia debeas: res gestas, meas, tibi breuiter
exponam · tu postea ut dignum putaueris uo
cato · Similitariter loqui oportet, quoniā
& tu hanc nouam militiam dixisti sic acci
pe · Castra ad que capienda ueneram: prima

· nō · furetū respondeq̃

uigilia adortus / expugnau · victoria fuit nō
mcruenta · in illis ergo castris nunc mſideo
O uamoꝝ die quidē uagor latiſſime · nocte
tamen in illa ipſa castra reuerſus / per uigil
ea custodio · itaꝙ tu siue ducem / siue tri
bunum / siue centurionem / uti libet apella ·
Si tamen audieſ me / caligatum militem uo
citabiſ · non á calligiſ · nam illaſ lectum in
greſſuruſ ſtatim depono · Sed a caligine
oculoꝝ · Hic enim iam uigilaui / ut ſingula
mihi proſpecta / bina uideantur · Vale & zu
caꝝ noſtꝝ meo nomine ſaluere iubeto nec
uale florentie xv kl' aprīt

LEONARDVS Nicolao · Scripſi nuper quid
actum eſſet quid ue ſperarem de nego
tio caſtaneano · poſtea uero cum eſſemuſ ī
ſumma ac firmiſſima opinione confectum
iri : Supuenit oliuetanoꝝ importuna poſtula
tio · Statim illi ad me per pontificem reiecti
ſunt · ac ſubinde ſimul auditi · Ab illiſ pro
pinquitaſ locoꝝ & multaꝙ hactenuſ perpeſſi
ob uicinitatem fuerant / dicebantur · ego q̄
cauſe noſtre pro futura exiſtimaui in me
dium protuli · nec pretermiſſum eſt á me
quicoꝝ · Nam & conformitatem regule & uo
luntatem prioriſ ſe ſe ac locum ipſum ſubi
cere cupientiſ : & deſiderium inſuper tuum

& tuoꝝ / & alia cuncta pro ut tempus patieba
tur explicui. Nec fore uicinitatem ab illis ꝑ time
scendam. cum pro malis bonos. pro neglectoribꝫ
regularis obseruantie. cultores professores oꝝ
forent in posteꝝ habituri. Tandem ut orato ꝯ Pádoo
res uocant admiscui. pontificem enim obte
status sum / ut meum hoc negotiū putaret.
iis si quidē amicitie uinclis adstrictā esse
coniunctionem nostram. ut nihil posset ab
eo / presente me / contra rem tuam statui.
quin contra honorem existimationemoꝝ meā
constitui uideretur. Auditus sum diligenter
á pontifice. maximeoꝝ eum mouere uisa est
ea pars / inqua coniunctio nostra allegabatur.
Demoꝝ oliuetanus palam edixit / se multo te /
nihil factuꝝ. proinde si confiderent iustitie
postulationis sue / tibi id persuaderent. Nam &
tibi postea fore persuasum. Cum ergo illi oste
derent se apud ꝛe hoc facile impetraturos esse. &
dicto pontificis acquiescerent. postularunt ut
supersederetur in causa / donec tecum agere
possent. quod non repugnante me illis conce
ssum est. Tibi itaoꝝ tributus est honor meo
iudicio maximus. Quid enim mauis esse
potest / quam á pontifice ipso á te reici. Dicas
ergo quid nunc agam. Primum rogo te /
ut quod deo futuꝝ acceptꝰ sit / id sequare.

Deinde per tuas literas pontifici scribas / quid ue
lis. Nam id fiet. Nec est quod scribere formi
des. Ita enim scribas / ut si adme. Vnum ꝑterea
non reticebo. Zabarellus noster / contra atq;
ego opinabar / totus pro oliuetanis est. Et affir
rmat se episcopus florentinus / cum esset locum
ipsum oliuetanis concedere statuisse. ac si diu
tius in episcopatu ꝑseuerasset / procul dubio
fuisse factuꝝ. quod pontificem ex certo am
biguum reddidit. habes omnia. Et supersede
bitur in causa. nec te multo oliuetanis dabi
tur. Tuas literas expectamus. Hec que ate
scribo aliis quoq; / qui una tecum scripserunt
referre poteris. Ego propter occupationes res
pondere illis omitto. Vale viii kl' ianꝰ rome

LEONARDVS. Nicolao. quotiens abste literas susci
pio / tociens stimulos suscipio ad studia hetera
ꝝ. Et enim studia mea in hunc locum deducta
in quo neq; sotium aliquem neq; peritum ea
dem / reꝝ / inuenire possunt / fatiscerent utriq; ac ue
luti arescerent / nisi tu per tuas literas uelu
tis fascis quadam refrigerato ingenio admo
ueres. Per hos igitur dies cum otio habundare
orationem eschinis in tesiphontē latinam fe
ci. Vtinam adesses. ut una illam legeremus.
Et utilitas quidem duplex proueniet. Nam cū
per se ipsa est luculenta: multisq; rethoricis

ornamentis picta: cum oratio illa demostenis q̄
olim conuerti quia huic respondet / multo erit
illustrior ex huius cognitione. Quo enim pac
to excusatio placere potest / si accusatio ignorē.
Hanc ego pretuli ciceronis uite: quod ista ora
toria nescio qua ratione me plurimū oblec
tant. Atq; ut totum scias / libz hic habeo nu
llum / preter hec ipsa que conuerto. Egres mi
hi interdum obest. nam sepe de urbis am
bigens: ad quem recurram / habeo neminē.
Hem me suspensum habuerunt duo. de quibus
te libroz diuitem consulam. Aran greci di
cunt / ut ita loquar maledictionē. Id uerbum
mihi non placet. quia nec elegantiā / neq;
dignitatem neq; sonum habet. Dixi igitur ī
precationem. Tu uide queso liuium / ubi federa
pficiales sollempnibus uerbis peragit. Ibi opi
nor aliquid inuenies quod nobis ad expressio
nem hui⁹ uerbi sufficiat. Preterea enages
greci uocant / eos qui aliquo terribili maximo
q; deoz iudicio sic affecti sunt / ut nec qui cū
ipsis / nec qui cum illis uersantur prospez qc
quam esse possit. Hos mihi quo nomine appe
llem non sane occurrit. Nam pollutos aut ī
faustos dicere non omnino placet. Tu uide &
sapientiores / ideſt libros consule. Hiteras cauti
nostri legi / gaudens capram nostz esse non

De hac dictione
Ara apd greces m.
et quo. Latine dici
possit. nō.

. Enages.

non incolumen modo, uez etiam in culmine Po
stoz hec scripseram: occurrit mihi, ut pro a
ra execrationem diceremus. id oppinor bonū
fuerit. Vale.

LEONARDVS. Nicolao. Cicero cum has oratio
nes, quas ego latinas feci, conuertisset: addi
dit proemium quod perditis orationibus ex
tare nunc etiam credo. & si non erro. uideor
meminisse. Hoc ego uelim diligenter quesitū
ad me mittas. ut quantum ualeo me summo
uiro propinquum afferam. Placebit tibi eschi
nis oratio Est enim

QVale. Subdam tibi nūm locum oratorie
dictum ab eschine: ut aliquid degustacionis
tibi reda prebeatur. Post redargutionem mē
dacii cuiusdam sic inquit. Et enim hoc de
mostenes uero quando mentitur: primū cū
iure iurando mentitur. sibi euerhonem in
precatus. Deinde que clarescit numquam
esse futura, ea asseuerare audet. dinumerat
dies & tempora. & quoz corpora numquā ui
dit, eoz nomina enarrat. imitans eos qui
ueritatem dicunt. Quam obrem maximo di
gnus est odio: quod improbus cum sit, bonoz
signa corrumpit. His dictis decretum scribe
legendum tradr. prolixi? quidem iliade. uanius au
tem quam uerba que dicere consueuit. & qua

pcipuū hī. Nā alii q̄ndo mētiūt. obscura & indet
minata dicē conāt. re
dargutionē formidātes.
Demostenes.

uita eius · plenum sepe rez numoꝫ futurazz
& exercituum numoꝫ delegendozz Abactis itaoꝫ
uobis longe a furto suo / & per uanas spes suspē
sis : & reliqua · Item alio loco dicit · Hic ego uni
athemensis adulator eximius / cum per charide
mi speculatores mortem philipi primus cog
nouisset : turpi mendatio sompnium deoꝫ sibi
finxit : quasi non charidemus / Sed iupiter &
minerua hoc sibi nuntiassent · quos postridie p
iuranſ secum loqui p nostem / & futura pre
dicere affirmauit · ac septima die post mo
rtem filie / ultissimus iste : an luctus imple
tos / anteoꝫ iusta fecisset : corona & alba uestē
assumptaꝫ immolauit · cum illā admisisset / que
prima ac sola patrem ipsum nuncupabat · Nec
in fortunium obitio : sed mores discussio · Qui
enim filios odit & malus est pater : numoꝫ
bonus gubernator populi esse potest · Nec ſ
qui familiarissima & carissima corpora non gli
scit & fouet / umquam uos alienos pluris existi
mabit · Nec qui priuatim est malus / numoꝫ pu
blice bonus esse potest · Nec qui domi est inpro
bus : in macedonia atoꝫ legatione probus foret ·
non enim mores / sed locum mutauit · Tota oro
plena est his luminibus · Tu unde hanc degust
ationem & cum nicola nostro publice exami
na Vale aretii kl septembris ·-

lib c

LEONARDV Nicolao · Quantam leticiam uel po
tius uoluptatem mihi attulerint lectere tue
in quibus cho illum gracias circa pue descri
pisti · uix satis dicere aut explicare ualerem.
Deus faxit / ut hec tua auguria non frustra sint.
Quod uero totam fidem tuam ei prebuisse dicis
gracias ago · Quod apud te nihil remansisse /
id fieri nullo modo potest · Est enim fides diuma q̄
dam res & amplissima · Quam ut maximam ali
cui prebeas / ita maximam habeas · Nihil deperit
eius prebitione · nec dando alteri minuitur Sed
augetur. Demosthenis uitam suscepi / & reliqua
auide expecto · Crisoloras qui nuper eam legit /
miris laudibus elegantiam & conuersionis fi
delitatem extollit · Ei nos de fidelitate concedi
mus · de elegantia refragamur. In tuo uolumi
ne quasdam mendas deprendi · quas tibi emē
dandas censeo · Tu uideas ergo diligentius · Ar
riolinos tuos auide arripui · nam hic nulli sūt
preter bubulos · Eos qui probat / ualde dissentit
á zuchari nostri iudicio · qui gultino dum ta
xat & muribus illos mandabat · Sed heus tu ·
nouus hyemos ut patri munera / mictantur ·
putabam satis esse puerpere missa · De libris
meis quos desiderare te scribis · iussi ut uel
omnes tuo arbitrio depromi permictant. Vale
ex urbe roma · vii · kl ian̄ ·

fides.

LEONARDVS. Nicolao. Cum iohanne prepoſito in ſulenſi · qui aliquot menſes apud noſ fuit á re ge francoꝝ legatuſ · Viro humaniſſimo atoꝫ do ctiſſimo magna mihi familiaritaſ eſt · itaoꝫ no potuit cum me cognouerit / te pro noſtra ami citia ignorare · Multa ſepiuſ de me audiuit / p que licet te numoꝫ uiderit / tamen ingenium & ſuauitatem tuam agnoſcit / cupitoꝫ tecum inde lebiliſ amicitie federa ferire / non ceſa porta / ut regeſ illi priſci : ſed regeſ ceſa & trucidata pedẽtaria : cuiuſ ipſe non omino eſt expers · Hunc igitur uiꝫ obſecro humaniſſime ſuſcipe. & bibliotecam tuam oſtende · ac ceteriſ officiiſ tuiſ proſequare · Cum enim multa ſepe ut di xi audiuerit de me / cupio ut talem experiat, qualem ſermo te meuſ illi pollicituſ eſt · Vale ex urbe roma id9 ian̄ ·

& ſtudioꝝ noſtroꝝ ardẽ tiſſimo.

LEONARDVS Nicolao · Salutem · Sic que hic agãt que ue dicantur / te curare putarem / Scribere tibi acta concilii : & quotidianaꝫ reꝫ comenta rioſ facerem · Sed ſi te bene noui / tu hũiuſmo di mentiſ eſ / ut non modo non cureſ iſta cog noſcere / ueꝫ etiam intereſſe tua arbitreriſ / hec / ut tu appellare ſoleſ tedia & deliramen ta hominũ ignorare · Eſt autem ut mutantiſ opuſ / ad guſtum conuiuaꝫ epulaſ querere : ſic ſcribentiſ ad amicum conuenientem eiuſ

desiderio materiam sumere. Quando igitur
tu quidem delicatior es: nec quemcunq;
cibum stomacus tuus admittit: multa etiã
que ceteris placent / fastidit: paremus sane
epulas gustui tuo gratas. & quoniam nostra
cia ista contempnis / peregrina tibi obsoni-
a conquiramus. Nihil itaq; tibi magis pla
citur per hec tempora arbitror / quam si pe
regrinationem meam tibi prescripsero. Ac
cipe igitur / non totam quidem. nam id
quid expedit. sed ab italia. Veronam ad v. kl'
decembris cum satis mane uenissem: ibi eã
diem uisende urbis gracia / sunt enim nõ
nulla antro ua & digna uisu commoratus /
Postridie prima luce secus atesim fluuium
ad alpes contendi. Vt igitur ad eum locũ
peruenimus / quo atesis in planos italie exit
campos / mirabilis prorsus res mihi uisa est.
Via si quidem profundissima atq; arctis
sima inter duos montes quasi de industria
nature secata: per facies strictas ac sinuo
sas emanat. alpestris sane & superbus: ita
ut murmure aquaz & impetu gurgitis /
proteruos & in manes eaz gentium mo
res a quibus fluit imitari uideatur. Inter
fluuium & dextr montẽ uix tantum iti
neris est / ut singuli equites: ad plus ut tin

Peregrinationẽ suam describit.

Locum quẽ videre declarat. nõ.

gulı carri transire possint. ásinistra uero
gurges montem (uix tantum itineris est)
perstringens auium facit. Hinc atq; hinc
uaste rupes geminoq; minantur in celum
scopuli. Eadem post ingressum longo itine
re facies est. Impendent enim hinc atq;
hinc minacissime rupes. Profundus amnis
inter eas labitur. Via perangusta inter
rupes & alueum celum ueluti ex aliquo
hiatu conspicitur. Montes saxa habent du
rissima quidem atq; asperrima. Immo ipi
toti montes nihil aliud sunt quam dura
silex, & marpesia cautes. Cedant iam cili
tie pile. Cedant caudine furce. Romana
clade nobilitate. Satis enim superq; mihi
constat, uel unum homunculum super ne
stantem & saxa transire conentur inhibe
re posse. Per hanc uallem biduo profecti tri
dentum peruenimus: Vrbem pro naturam
loci satis amenam. Nam & supra & infra
paulo patentiorem habet campum: & flue
ipso non indecore abluitur. In ea illud
merito quis miretur: quod uiri mulieres
q; & cetera multitudo: intra una menia
constituti: alii italico, alii germanico ser
mone utuntur. Vt q uisq; enim regione
urbis habitat, uel ad italiam, uel ad uterio
g[illegible] alpicit, [illegible]

uolueté, uniuersoq; gallos & germanos impetu sh

. Tridentum ciuitas.

riorem gallia uersa: ita aut nostra aut illa utrī
lingua. Atq; ego credo euenire ut in contioni
bus & publicis consiliis: alie nostro alie barba
rico sermone ab uniuscuiusq; ciuitatis ciuibus sentē
cie dicantur. Á tridento aliquot milia passu
um profectos / quidam barbaros mos uehemē
ter turbauit. Est autem talis. Multa per ru
pes / que fluuio imminent castella sunt. ea te
nentur a nobilibus. Vt igitur uiatores paulo
plures numero conspicantur / cum iam illi ca
stellis subsint / repente ex arcibus cornua sonāt.
& quam maxima fieri potest multitudo ho
minum ex menibus & propugnaculis clamo
rem barbaz & hostilem ululatum extollit.
Subita igitur re pculsi homines / plurimum
trepidant. nec est quisq; ita constantis ani
mi / qui non ea nouitate moueatur. presertī
m locis uel de industria ad latrocinandum
electis. hunc morem barbaz & inmanem: illi
ualere putant ad custodiam regis suaz. magis q;
ab iniuria temperaturos homines / si iam conspecti
& declamati se obseruari existiment. At ego mi
hi per hostilem terram iter facere uidebar / Se
piusq; illud subibat animum / ut belli signum
laurenti turnus ab arce extulit: / & rauco crepue
runt cornua cantu. Sed ad rem redeamus:
Ex tridento tramenum uenimus. uicum pulcer

Tramenum
lacus.

gum equitet. ad pau

rimum atq; beatum · in sinistro monte transl
amnem positum · Scopuli tamen superne ter
ribiliter imminent · Vicus hic famosus est mul
titudine uinetoꝝ · & bacco ut uidetur in pri
mis sacer · Sunt enim ita multa uineta: ut
nullo umq̃ in loco plura conspexerim · Solum
ipō in quo consite sunt uites · quibusdam in locis
sic album est / ut uini similimum uideatur ·
Id ex eo accidit / quod mons supne impendens ·
marmoreus est · Itaq; marmor confractū & in
frustra decisum terram ubiq; contegens / albē
tem loci faciem reddit · Vini apud tramenum
tanta copia oritur / ut in transalpinas usq; p
tes abundantiam afferat · Inde maranum dē
deuenimus · quod oppidum / an uicū / appellare debeam
nescio · Omnia quippe sunt ad urbis sufficien
tiam / preteroq; quod menibus caret · Id & tra
meno & marano oppulentissimis locis eo acci
dere puto · quod ita preruptis rupibus subsunt /
ut muro circundari non possint · A marano
secus · atisim profecti / tercia die ad lugum p
uenimus · Via est inter duos uertices leuiter ac
cliuis · Sūmitas planitiē habet · duosq; sub inde
lacus / paruo inter se / spacio distantes · Aquæ diuor
tia ex eo loco fiunt · Ex altero enim lacu atisis
oritur qui in meridiem uergit · ex altero qui
germaniam uersus aspicit / fluuius manat qui

De marano oppido.

Atisis.

Depibus lugū mōtis
& ulig depressum

danubium influit · tnum accole uocant· Deſce
ſus ex eo iugo / longe difficilior fuit quam aſce
ſus· Via precipiti & arcta· ac quibuſdam in
locis manu ſaricta: longo anfractuſ per preru
pta ſ rupeſ quaſi in barathrum ducit· A dextra
parte uie mons ingens impendet· A ſiniſtra
precipitia ſunt uel aſpectu formidanda· Ab
iectum ſurſum deorſum oq; inoredibilis ma
titudo· pinuſ inſuper / ſilueſtriſ / cupreſſuſ· fraxini / fa
gi orni / ac omne genuſ ſilueſtriſ materie· Ab
eo iugo biduum per ualeſ profundaſ ac diffi
ciles ſub ipoſ montes progreſſi / ad aliud rur
ſuſ iugum peruenimuſ · aquile montem bar
bari uocant · Huiuſ montiſ tranſitus longe
omnium difficilimuſ atoq; aſperrimuſ fuit·
Nam preteroq; quod ſemp ſcandentibuſ ardu/
um iter habet: tunc niues omia texerant·
quaq; pleriſoq; in locis ſupra xx pedes altitu
do erat · Semita per mediaſ niues plantiſ
uiatoq; impreſſa / non ampliuſ uno pede la
ta deducebat · Per eum callem hominеſ fa
cile gradiabantur· Nam & leuioreſ ſuntiq;
pedetentim incedunt· Equi uero miſere ac
laborioſe per frenoſ ducebantur· qui ſi uno ul
altero pede ſemita excedebant / in profundam
niuem prolapſi immergebantur· nec ſine niſi
cum ſummo labore & periculo eximi poterat

& ad semitam reduci. Hec difficultas fere tri
bus passuum milibus continuo nos afflixit / do
nec transgressi iam uerticem descendere ince
pimus. Vt uel in eo uniuersa huius itineris
pericula difficultatesq; constitissem affirmare
ausim. Est autem latitudo alpium / quas nos
iter fecimus: a faucibus atisis / quas supra de
monstrauimus: ad transalpinum complectum de
scensum: milia passuum circiter ducenta. Tan
ti autem montes / tanti scopuli / tanta membra
crebra & continuata dorsa / tanta cacumina
atq; fastigia / tante magnitudines ubiq; insur
gunt: ut ualde mirandum uideatur / quid
parens illa & fabricatrix mundi natura /
cum eas fecit / sibi uoluerit. Ac quidem eter
nas illas ac perpetuas moles intuentem horror
quidem & religio frequenter habebat.
& tunc item sine horrore meminisse possu
Post transitum alpium uiginti passuum mi
lia profecti / in oppidum uenimus nomine
ualcircium. id est oppulentum / atq; urba
num. edificia habet spetiosa. Vinetis & pome
tis plurimum habundat. Inde postera die
profecti / procul ab eo loco septem milibus
passuum. renum transiuimus. fflumen re
ni oritur in alpibus. non longe ab eo loco
quo nos transitum fecimus ex sinistrama

Valchirchium / oppidum

Renus flumen

manu. sed mox ad dextram uergens / & suo
gurgite & multoꝝ fluuioꝝ incrementis ad
iunctum : ingens & robustum decurrit: in
ter orientem & septemtrionem recto alueo
conuersum. Aquam habet medii coloris inter cae
ruleam & uiridem. cursum rapidum. Alueum a
renosum. sollidum tamen ita ut pedibus pressus ue
stigio non signetur. Naui ad ulteriorem ripā
transuecti / dextrosum recto amne / per longā
planitiem ac palustre solum / ad castellum ue
nimus nomine. Rinecium. Hoc rursus preter
fluentem renum offendimus. Nam ueluti p
tesus prioris itineris / mutato / inter septemtri
onem & occasum magis declinat: ac paulo infra
castellum stagnans lacum facit. Hec cum aud
issem: uidendi desiderio ductus / equis & fami
lia per terram premissis / ipse scapha piscatoria
conducta / per fluuium ac per medium lacum
constantiam traiecti. Lacus est omnium ame
nissimus multaꝝ castella & uicos undequaqꝝ p
ripas habet. Aqua nitida fundo glareoso ac pis
cuo. pisces ferꝝ uarios quidem ac multiplices. Sed
pro tanta aquaꝝ magnitudine / non admodum
copiosos. Viginti o unaꝝ milibus passuum in lō
gitudinem patet. latitudo alibi ad decem / alibi
ad quindecim milia passuum extenditur. In
infima lacus parte constancia est. Vrbs non

Rinecij Lacus.

magna Lacus latitudo et longitudo.

magna / sed oppulenta atq; formosa Cuius prop ter menia ren us lacu emergens rursus in al ueum redit · In eo pons est qui ab ipius urbis porta ad germanos pertinet · Vltraq; pontē crebra edificia secus alteram fluuii ripam · de constantia antiquitate & origine cum sepe aquibusdam ciuibus quesissem / nemo adhuc mihi occurit qui uel aui sui nomen & me moriam / ne dū urbis tenere uideretur Ego tamen cum diligentius perscrutarer / tabulam inuenī marmoreā uetustas literas continētē. ex quibus apparet á constantio constantini patre qui á diocletiano & maximiano cesar dictus est / hanc urbem nomen cepisse cum p̄ us nitudura nuncuparetur · Hanc tabulam nemo constantiētiū legere sit · tenetq; uulgi opinio / esse sanctuariū quoddam precipue re ligionis · Itaq; muliercule & cetera imperita turba / fricandis per eam manibus / & ad fa ciem refricandis · iam literas pene totas ex tabula deleuerunt · cum tamen ibi scripta sit / non sanctoz xpī sed persecutoz xpiane fi dei nomina · Mores quoq; & instituta ciui tatis · nam ea quoq; res ad peregrinationis historiam attinet / ostendere conabor · Singulis annis unus ex ciuibus suffragio creatur · apd' quem summa potestas cum imperio sit · Hic

De urbe cōstantia nō.

mores cōstātię ciuiū

non publicis edibus sed in priuata domo sua &
consueta habitat · Si quando per urbem in
cedit : lictores habet uirgas manu ferentes.
Cetero autem habitu nihilo a reliquis differt
ciuibus · Hic in capud unius cuiusq; ammaduer
ti potestatem habet · Si de homicidio / de fur
to / de rapinis / de ueneficio / de adulterio / ac
de ceteris criminibus agatur : astant in con
Laudat. x legatione.

noua dignitate mea. De prima hoc dicere mihi breuiter licet/ factum esse inscio te/ ut quidam homines qui fraterem tuum suis indignissimis odiis prætexebant/ molestissime nos comparando ita me & temnerent atq; deprimerent/ ut tibi ipsi si affuisses qua probitate es/ dolor & fastidium gigneretur

Non possum probare negare: me indigne tulisse. sed tamen aduersus illoz improbitatem multa p me:/ aduersus autem dignitatem tuam nihil dictū fuit quam moderationem lacessito presertim non semel sed p dies singulos difficillimam esse sentiebam. Sed hec ut iam antiqua sunt/ sic etiam antiquari facilime patior. Itaq; totam huiusmodi controuersiam preterire ac mandare silentio libet. De noua ista dignitate quod gratularis: est id quidem amoris & benuolentie tue. Rem tamen scito molestissimam & contra quam optarem mihi contigisse. Neminem credo tantū adhibuisse conatum pro honore adipiscendo/ quantum ego adhibui/ ne mihi mādaretur. Sed quoniam uoluntas ciuitatis nostram diligentiam & repugnantiam superauit: dedimus tandem manus: ne aut superbi nimium/ aut ingrati uideremur. Vita tamen illa otiosa litteris studiisq; intenta/ iocundior erat mihi atq; tranquilliior/ quam hec negotiosa & ciuilis/ Sed patrie uoluntati parendum fuit: cui neq; repugnare ad extremum/ neq; refragari contumaciter debemus. ut socrates in critone sapientissime docet. Id ergo

Cur dignitatem recepterit no.

nos fecimus ad tempus prefinitum · ne forte abiecisse
nos omnino propositum illud primum existimes.
Vale

LEONARDVS S. V. Marrasio siculo · suis quidam
si fabulis pciurisq; crederimus esse prohibetur / in
quo senes demersi in uuentam recipiant · Optandis
sime profecto limphe · & quas opere pretium sit / di
bibernia · taprobanam usq; peregrinando diso uire
sed aliis quidem / ubi nam gentiū reperiantur inue
stigare sit cura · mihi uero tu nunc carminibus tuis ·
mirabilissimi fontis huius latices / ut uere dixeri
supfudisti · iuuenescere profecto me sensi statim
atq; illa perlegi · grauioriq; deposita etate ad iu /
uentam reduci · Natura hoc fieri dicamus · an alia
capiam ratione · ut in eoz affectuum quos statim
attente inspicimus / Similitudinem traducamur ·
quod in risu & fletu licet intueri · Te igitur amā
tem inspicies / ac toto affectu effuse loquentem ·
dispeream ni ipse quoq; amare inceperim · Sed
ante omnia illud discutiendū est · quod de furo /
re scripsisti · inquies · Indulgere uelis nostro are /
tine furori · Id aliis forsan aliter · ego certe sic ac
cipio / quasi laudis furor sit / non uituperationis ·
Sunt enim furoris ut a platone traditur species due
Vna ex humanis prouenies morbis · Mala profecto
res ac detestanda · Altera ex diuina mentis alter /
atione · Diuini rursus furoris partes quatuor · uatici ni
um / misterium poesis & amor · his uero deos totidem

110 Comparat stpl. amore ad furorem

furoris spes.

Diuini furoris pres. 4

processe ueteres putauerunt · Nam uaticinium apollini-
misterium dionisio: poeticam musis · Amorem uenen
tribuebant & uaticinium · quid tandem sit nemo fe
Diuinatio seu fastidium. re qui modo quicq̃ legerit ignorat · Est enim diui
natio quedam · Sed non omnis diuinatio uaticinium
est · Sed illa tantummodo · magnam cui mentem a-
nimumq; delius inspirat uates · aperitq; futura · ut
maro inquit · Nam aruspices & augures & coniectores
ac cetera huiusmodi turba / nec uates quidem ipsi sũt
nec eoq; opus uaticinium est · sed sanoq; hominum
Misteria. prudentia & ingeniosa req; futuraq; coniectacio · Mi
steria uero circa religionem expiationesq; & propi
tiationes diuini numinis uersantur · cum uehemẽ
tiori quadam mentis concitacione · Quaha in sacris
libris permulta ad placandam celestem iram q̃busdã
Poema. supplicijs factitata leguntur · Poema quoq; eamdẽ
fere determinationem recipit / quam & de uaticinio
supra dicebamus · Non enim omne opus poema est
ne si uersibus quidem constet · Sed illud prestans / illd
hac honorata nuncupatione dignum quod a flatu
quodam diuino emanatur · ttaq; quanto uaticiniũ
coniectioni dignitate prestat / tanto poema quod ex
furore fit / sanoq; hominum artificio est antepoñ
dum · Hinc ille sunt abono poeta quasi uesani homi
nis emisse uoces · Vnde iubetis ire dee · Et unde huc:
Dicam horrida bella · Dicam acies actosq; animis in pre
lia reges · Tirrenamq; manum / totamq; sub arma co/
actam · hesperiam maior rez mihi nascitur ordo ·

Manuſ opuſ moueo. quod totum uaticinantiſ more pro
latum eſt apoeta · quid ergo uaticinium · quid miſte
rium · quid ue poema hactenuſ mihi dictum ſit · De
amore autem poſtea dicemuſ · Nunc autem illud oſten
dendum eſt · haſ furoriſ ſpetieſ de quibuſ ſupra di/
ximuſ · non eſſe malaſ · Primum enim ut a miſteriiſ
incipiam · quiſ alienationem iſtam ac furorē & q̄ſi
abſtractionem raptumq; hominiſ circa rem diuīa ·
dixerit ēe malum · Quiſ uero non bonum atq; lau/
dabile · Amplo me in loco uerſari ſentio · Extant e/
nim exempla ꝑbene innumerabilia diuinoq; hominū ·
ſi forte liberet hac in parte orationem extendere ·
Sed prolixitatem in re conſpicua reiciendam cenſeo ·
Circa miſteria igitur furorem non eſſe malū cōſtat ·
Quid autem uaticinii furorem · illum quoq; non
eſſe malum uel ex eo patet · quod bona ꝑ multa ab
illo proueniunt · Sibila quoq; & huiuſmodi / furentеſ
quidem dum eſſent publice & priuatim nobiſ mi/
tiſ profuere · Sane uero exiguiſ aut nulliſ · Poete
quoq; tunc demum boni exiſtunt · cum ſuo illo co/
rripiuntur furore · Qua de cauſa uateſ eoſ nuncupa/
muſ · quaſi furore quodam correptoſ · Qui uero abſq;
furore muſaq; poeticaſ ad foreſ ut inquit plato ac/
cedit / ſperanſ quaſi arte quadam poetam ſe bonum
euaſuq; / maniſ ipſe atq; eiuſ poeſiſ · pre illa que ex
furore eſt / hec que ex prudentia diſperditur · Poetaq;
ergo furor amuſiſ eſt · Amantium uero auenere · Ori
tur autem hic ex uere pulcritudiniſ comtemplatione

Sibilla.

Vates.

Plato.

cuiuſ effigiem uiſu intuenteſ : acerrimo ac uolen
tiſſimo ſenſuum noſtroꝝ : ſtupenteſ / ac uelud extra
noſ poſiti totiſ affectibuſ in illum corripimur . Vt
non minuſ uere q̄ eleganter dictum ſit : amantiſ
animam in alieno corpore uitam ducere . hec igi
uehemenſ occupatio animi atq̄ correptio : amor
uocatur . diuina quedam alienatio ac uelut ſui
ipſius obliuio & in id cuiuſ pulcritudinem admira
mur tranſfuſio . Quem ſi furorem ac ueſaniam
appellaſ : concedam equidem atq̄ fatebor . dum
modo intelligaſ neq̄ poetam bonum eſſe ullum
poſſe / niſi huiuſcemodi furorem correptum : ne
q̄ futura preuidere uaticinanteſ niſi per huiuſ
modi furorem : neq̄ perfecte atq̄ eximie deū
colı̄ niſi p huiuſmodi mentiſ alienationem . De fu
rore igitur actenuſ mihi dictum ſit / prouocato
uerbiſ tuiſ . Equidem ſi taliſ eſt furor tuuſ qua
lem ipſe modo deſcripſi / non modo indulgeo illi :
quod me flagitaſ uer̄ etiam ultro te ad illum co
hortor . Qui enim amorem uituperat . quid tan
dem dici poteſt niſi dignum eſſe illum qui extre
mo in odio cunctoꝝ uerſetur . Sed hec ſatiſ in
epiſtola preſertim / que longitudinem renuit . Car
mina uero ipſa tua atq̄ hanc ſcribendi amenita
tem uſq̄ adeo probo / ut inter naſoneſ & prop
tioſ & tibulloſ te exiſtimem collocādum . Hi enim
emendatiſſime ornatiſſimeq̄ omnium elegiam
ſcripſiſſe putantur . Sed unum ſcias uolo me nō

tibi eximiam hanc palmam esse tribuendam exi
stimare / quam amori · Ille est enim qui uerba ti /
bi dictat · qui sentencias ostendit qui uarietatē
& copiam & elegantiam subministrat / Quod ue /
ro me tantopere laudas carminibus tuis / fateor
idem mihi quod thenustodi euenire · Sed non
ego credulus illis · Nam conatum esse me atq; co
nari · Cetez longe abesse · Te uero nequaq; adula /
tum / sed beniuolentia mei deceptum mireliqo ·
Vale & quotidie scribere aliquid ut facis dignū
amore & musis ne cesses · Gloria quippe agendo
penclutandoq; acquiritur · Nec spectantibus coro /
ne sed certantibus parantur · Itez uale nōn octo
bris florentia M cccc xxviiii ·

Cardinali sancte crucis

EGO uero gracias habeo patri cartusiensi Ce /
nobii qui desiratas mihi reuerendissime patr̄
nitatis tue litteras detulit · nam ab eo usq; die
nullas omīno habueram · Ex litteris uero ipsis fū /
mam equidē suscepi uoluptatem · tum quod mu
nusculū illud meum satis probatum sapientissimo
grauissimo q; iudicio tuo perspexi · tum etiam quod
laudes quedam merant & cohortaciones ad cetera
obeunda · Ego igitur tanti uiri iudicio confirmatꝰ
non penitus manem post hac fore operam meam
si quid forsan laudare mandare litteris aggrediar
estimabo · De stephano autem aretino · necessario meo
quem dignata est r p tua ob litteras meas interdo

domesticos recipere / summas ago gracias · Et certe m tale
nouissem illum qualem mundicies integritasq; domus
tue flagitabat · numq; de eo uerbum facere ausus essem.
† Ili profecto sat erit apud tantum dominum interbo/
na probatissime discipline exempla educari · Quem
& si non expediat tamen ipsum r p tue totis affec/
tibus recomendo · florentie · idibus aprilis

LEONARDVS S D Poggio · nihil oppinor me iuuis/
sent illa tua / de bibliotecis germanoq; eruta ad
uitam aristotelis componendam · hoc enim ipsum qd
tu magnifacere uideris / triennio scilicet in disciplina
socratis illum fuisse priusquam platoni se traderet p
ridiculū esse scito · Socrates enim ut tempora ipsa
ostendunt · aliquot priusquam aristoteles nascceretur · Quomodo igitur discipulus eius
esse potuit / qui non erat · Nec ego id ipsum quod tu
scribis ignorabā a quibusdā paq; eruditis traditum · le
geram namq; & ipse huiusmodi meptias · sed quia fal/
sum sciebam / penitus reiciundum putaui · Ad octogesi/
mum primum etatis annum plato uitam perduxit ·
Platonis etas. Eo adolescente socrates ex dampnatione illa nefaria ue/
Socrates. neno interiit · Aristoteles autem longe postea platoni
am plane seni & maiori sexagenario cohesit inter
supremum uero socratis diem & aristotelis exortū
anni circiter quatuordecim interfuisse comperiunt ·
Hunc ergo scriptori tam magnifeste deliranti · ego
aut de platonis statua & epigramate aut de ceteris
fidem prestem · Quamq; de statua quidē · & si ma/

ximē uer foret uulgarior tamen ea res est quam ex
ueteris mandari expediat · Non enim omnia in desc
ribenda uita sunt congerenda · Sed illa dum taxat
que notacione sint digna · Statuas uero philosophor
usitatissimū fuit / discipulos habere · Vnde illud est
pōte quasi irridentis · Quamor plena omnia gipso cri
sipo inuenias · nam pfectissimus hor est · si quis aristo
teli similem uel pittacon emit · Et iubet archetipos
pluteum seruare cloantes · Et cicero propter statuā
platonis consedimus · hec igitur dixisse uelim quoī
telligas me lente admodum & morose singula con
siderasse · que in illius uitam conieci / nec quicor po
nere uoluisse · quod aut falsum aut leue aut mep
tum censuerim · de plinio autem quod postulas / nūc
fieri non potest · quoniam id uolumen apud quēdā
ex familiaribus exemplum scribendi prebet · Vale ·

LEONARDVS C Lucensi · Equm fuerat egregie
Luir / Si quid ame per litteras tuas querebas / ex
pectare responsionem meam · non autem & quere
re simul & tibi ipsi respondere · Questio namor omis
de re dubia consueuit esse · terminatio autem certitu
dinem flagitat · Quod si hec licentia hominis tribua
tur: ut & enarrent ipsi rem suo arbitratu / & falsa
pro ueris incognita pro cognitis asserant: deinde
ipsemet sententiam ferant · que auctoritas erit huic
emodi iudicio · quod non meritum esse sed libido ex
presserit? Inquo idem accusator & iudex idem di
sceptator & actor · idem testis & aduersarius reperit

Iudicioy ordo Laerius.

Verus iudicioy ordo personas distinguit · Vt si alius accusator alius defensor / alius iudex · Controuersia uero omnis fere litigantibus est · aut facti aut iuris. Si de facto ambigitur / tabulis testibus signis / argumentis coniectura probatur · Si de iure equi uel iniqui ratio in medium uenit · Sed ante omnia factum discutiatur oportet · frustra nempe de iure queritur / ubi factum non constet · Hec ut uides communia sunt

Nuno ad nostra regrediamur / ut intelligas de quibꝫ conueniat inter nos & de quibus aduersemur · & cernas quam multa desint ad ueritatem conclusionis tue · Non potuisse salua fide contra paulum ginnisiū inferri bellum a florentino populo dicis / cum esset idem ipse pro adherente eiusdem populi in pace nominatus · Nos autem nominatum confitemur · & tamen salua fide bellum sibi inferri potuisse affirmamus · Hec igitur prima questio iuris est · Quod tu per huiusmodi nominationem remicti priores iurias / & obligationem inter nominante & nominatum oriri existimas · Nos rem inter alios actam nullam huiusmodi uim habere putamus · Hec igit² iuris · facti uero illa que secuntur · Tu occultis insidiis & dolosis simulationibus usum florentinum populum in hoc bello inferendo calummaris · Nos nullum protinus dolum / nullam simulationem / nullas insidias in illos fuisse certissime scimus · Tu denuntiatum non fuisse bellum predicas · Nos nuntiatum non fuisse bell per philippū qui & uiuit &

An florentini q̄ quedā ī pace nō ap̄ bellum gere potuerūt.

testimonium perhibebit · denuntiatum fuisse affirmamꝰ.
Hec & huiusmodi de quibus controuersia est priusquate
probanda erant / postea lamentanda · Nisi enim facta
te ostendas / & illa superiora fuisse iniusta probes: nul
la tibi de his aut querela aut exprobatio iusta ēe pot
Sed tu nec ista que sunt facti / nec illa que sunt iu
ris: nullo modo probas · sed ex nuda simpliciq; narra
tione concludis · hoc igitur primum in litteris tuis
non probo · deinde illud uehementer reprehendo · qd
aut te aut me rebus populoq; admisceas / quasi nost
re sint censure illos corrigere / ac non potius arro
gantia uesaniaq; haberi debeat homunculum unū
ex se ipō nemine deferente / tantis de rebus iudi
cium sibi assumere / presertim inaniter · Quod enī
queso nostra hec censura proficere potest / Ne fiant /
aut facta sunt · Vt corrigantur / Vnde hec auctori
tas nobis / frustra autem niti / nec aliud se fatigā
do nisi odium querere / extrema dementia est · Ego
tamen inuitus licet quoniam me prouocas · defē
sionem scripsi quam tibi mitto · Et quia de re po
puloq; agitur / popularibus uerbis uti placuit ut po
puli ipsi quoq; causa agitur non ab interprete · sed
ex se illis intelligere possint · Videbis autem in tra
ctacione ipsius cause quam indigne leuiteroq; pro
fluueris ad rem tibi non satis notā reprehendē du
florentie vi° idꝰ ian·

LEONARDVS · Poggio salutem · Pre[s] protinus ri
su digna mihi nup occurrit · dum iter facio

in agz aretinum · Offendi enim boues plostra traben
tes an elantes in plostris autem columne uidebant
marmoree & statue due · non satis fabrefacte · Base
sos & arculi & hispitilia casuos in saltus difficiles co
iecta plostra / expediri non poterant · Circunstabant
uero redemptores / cum dolabris / purgantes iter ad
iuuantesos · Tunc ergo nouitatem rei admiratus
neos enim plaustra per eos saltus traduci : neos mar
mora importari consuerant : accessi propius & per
contatus sum quid rei esset · & quonam illa tam mo
lesta onera deferrent · Tum unus ex redemptoribus
me aspiciens · ac simul manu sudorē a facie absterg
gens · ptesus credo laboris · ac secum ipē indignans :
dii pdant inquit poetas omnis · & qui fuerunt uōz
& qui futuri sunt · Ego hoc eius responsum audiēs ·
quid tibi cum poetis est imoz : aut qua tandē in re
tibi molesti fuere : Ineo inquit / quod hic poeta qui
nuper defunctus est : stultus nempe homo atoz uē
tosus · sepulcz sibi fieri marmoreum imparauit · Ea
oz de causa marmora hec montepolitianum defer
untur · Sed credo pduca numoz poterunt · difficul
tate uiaz · Et ego uolens clarius intelligere · quid
aus imoz an montepolitiani poeta quisoz decessit : Nō
ibi inquit sed rome · Sepulcz tamen in patria faci
undum sibi testamento prouidit · Atoz hec est ima
go eius quā hic cernis · altera uero parentis quam iux
ta se collocari iussit · Tum ego de patria & de obi
tu coniecturam faciens : audieram enim nuper

bartholomeum quemdam montepolitianensem rome . Bartolomeo
interisse · peccuniaz oz nescio quid reliquisse · interrogaui redemptorem num de eo loqueretur · Ille oz hunc ipsum esse annuit · At enim imoz cur tu poetis obhunc asinum maledicis · An tu illum poetam credis fuisse / qui nullam neoz scientiam neoz doctrinam cognouit · Stulticia uero ac uanitate omnes omnino homines supauit · Non noui inquit illum dum uixit · nec eum nominari umoz audiui. sed oppidiani quidem sui poetam illum arbitrantur. & si paulo plus peccuniaz reliquisset / deum putaret. Quod si non fuit ille poeta · nec maledictum poetis uelim · Atoz ego tunc abiens considerare mecum cepi redemptoris uerba · qui stultum hommem atoz uentosum dixerat eum qui rome decedens / mar/ moreum in patria sibi fieri sepulcz imparasset · Re enim uera sic est · nemo qui glorie sue confidat de sepulcro sibi faciendo umoz cogitauit · Opez enim laudabilium fama & claritate nominis contentus satis obhoc ipsum posteritati se se putat cōmendatum · Quid enim sepulcz muta res / iuuare sapientem pōt · Aut quid uilius quam sepulcz memorari uitam sileri · Tres eminentissimi impatores uariis seculis fuisse referuntur · Cyrus · alexander · cesar · Quoz ciirus qui fuit antiquior nedum sepulcz insigne appetierit · sed testamento mandauit / nullum sibi sepulcz construi · sed in terra humari · Affirmans terram flores producere · & segetes & arbores amenissimas

nō ~ le pr Lo. debeng debeng

Laudat Ciri.

pretiosissimasq; efferre. Nec ullam generosiorem sepul
cri materiam reperiri posse. Itaq; nuda in humo se
pelliri corpus suum iubet / sine ullo penitus marmo
ris aut structure monumento. Recte quidem. Virtus
enim illius & facta egregia perhemnem sui memo
riam pollicebantur futuram. Bella quippe maxima
singulari fortitudine industriaq; confecerat. Victo
rias plurimas gloriosissime reportarat. Imperium
medis ademptum in persas transtulerat. Ipse ue
ro mirabili sapientia preditus / uitaq; & moribus
ut ita dixerim ciuilissimus. optimis legibus ac sanctis
sima disciplina parthum ase imperium comunie
rat. Ex quo cambise & ochi & xerxe & artaxerxe
& darii / longissima ac potentissima successione reg
nauerunt. Hic ergo tantus ac talis imparator humi
sepeliri uoluit. Marmor autem pariū aut numi
dicum lapidem non quesiuit. Eadem in cesare &
alexandro mens fuit. quoz neutz de sepulcro sibi
faciendo uidemus cogitasse. facio comtumeliam su
mis uiris quos in reprehendendo hoc uilissimo homi
ne testes adduco. Sed tamen si excellentissimi uiri
hanc uanitatem ambitiosam cum laude uitarunt.
quantum in hac fece hominis hec est superbia deri
denda? Tu marmori tibi ex longinquo portari? Tu
sepulcz fieri & statuas tibi ipsi collocari testamen
to iubes? Quo merito queso? An scientia quem
te nulla fuit? An litteris quaz uix quatuor tene
bas? An uita & moribus. qui leuissimus ac singula

Cesar. Alexander.

stulticia plenus nihil consilio / cuncta uero temeritate ac uesania prosequebare .' Vez enim si non mores / at genꝰ illum honestrabat dignumoꝝ & statua & sepulcro mar moreo facit Natum ex patre mercatore circumfora neo · Auia ostetrite · Matre fanatica · An propter peccu nias sub terram absconditas statuas te enim ipsū cen sebas .' Hoc suberat unum uidelicet · Vez tamen has ip sas peccunias pontifex post mortem tuam / cum ille tandem in lucem uenissent .' ut sibi ate furto sub retrac tas reposcit · Quid scribes queso in sepulcro .' Que ac ta .' quas res gestas insigniri facies .' An pater tuus ut asinos & merces circum nundinas agebat .' An auia · ut editos in lucem partus tollebat . puerperis ancilla batur .' An mater ut in fanis soluto crine uolitabat .' An tu ipse ut peccunias furtim cumulabas .' An pon tifex ut eas peccunias reposcebat · Hec est summa re ꝑ tuaꝝ · hec est gloria tua atoꝝ tuoꝝ que talia sunt : ut tu si modo quicoꝝ saperes .' si non ut in omni uita · sic etiam morienꝰ stulticia ac temeritate delatus es ses · testamento cauisses · ut tu olim peccunias .' sic etiā te tui sub terram absconderent · ne risus & querele materiam · hec tua sepulcri uanitas & ambitio exibe ret .

LEONARDVS · Nicolao strorze salutem · Vehementer me delectarunt littere tue / quas nunc primum ad me scripsisti · ferebant enim pre se / & naturam prestantissimam quod est ingenii / & disciplinam ur gentem atoꝝ solertem / quod est studii ac diligentie

Laudat amicū

Frater Haud Irō.

Cōmet ex Inter.

Duo ē studiis attendenda.

Duos libros legat.

Trae mihi quidem contingit etatem istā tuā · qui sen/
sum eas litteras consideranti, ut admirabilis quedā
ac plane supra annos hec tua maturitas uideretur
Nec uereor· si modo tibi ipse non deeris · precellentissimū te
uirū esse euasurū · Quam obrem in uigila queso ac per
singulos dies adde insup aliquid & accumula consideras
per magna in his studiis premia tibi esse proposita ad cō/
stitutionem uite ac nominis celebritatem & gloriam ·
Hec duo crede mihi & opes amplissime consequentur q̄
celebribus uiris ac uirtute expolitis numq̄ uolentibꝰ
defuere · Habes preceptorem eximiū cuius imitari di
ligentiam & assiduitatem debes · Studium uero tibi
sit duplex · Altera in litteras pitia non uulgari ista
& comuni · sed diligentiore quadam atq̄ recondita
in qua precellere te magnopere uolo · Altera in cogni/
tione earū rerū que ptinent ad uitam & mores · que
propterea humanitatis studia nuncupantur · quod
hominem perficiant atq̄ exornent · In hoc genere
uaria & multiplex & undecunq̄ arrepta sit tibi
cognitio · Nihil ut pretermittas quod ad institutionē
uite / quod ad decus / quod ad laudem ptinere uide
tur · Sed eos legas censeo / qui non solum doctrina/
uere etiam nitore orationis / & peritia litterarū iu·
uare te possint · quales sunt ciceronis libri & si qui
proxime accedunt · Si tamen me audies · funda/
menta disciplinamq̄ hanc rei ab aristotele perdi/
sces · Ornatum uero orationis / & copiam & omnis
uerborꝰ diuitias sermonisq̄ ut ita loquar dexteri

tem in ipsis rebus a cicerone mutuaberis. Volo namq; prestanti uiro hoc assit: ut & rez scientiam habeat habundantem / & ea ipsa que sit illustrare dicendo & exornare possit. Hoc autem facere nemo ualebit / nisi q multa legerit: multa didicerit / multa undiq; decerpserit. traq; non modo aphilosophis doctus / quod est huius studii fundamentum: uez etiam apoetis & ab oratoribus & ab historicis paratus / uemat oportebit ut copiosa & uaria ac nulla in re rudis sit sibi ratio. Breuior sum in his explicandis. quoniam noui te illa legisse / que de studiis & litteris aliás a nobis scripta fuere. in quibus formam huius discipline uel expressimus nos quidem uel certe adumbrauimus. Hac uero prestantiam si tu quemadmodū spero nancisceris: quenam diuitie cum hoz studioz primus fuerit comferende: licet enim iurisciuilis studium uendibilis sit: utilitate tamen & dignitate longe ab istis studiis superatur. Nam studia quidem ista ad faciendum uez bonum tota contendunt: quo nihil utilio excogitari potest. tus autem ciuile ad faciendū uez bonum nil pertinet. Quid enim bonus uir de aqua pluuia arcenda aut de perbendinis cognoscendis labo ret: Aut qui melior erit / quis / si partum ancille in fructibus esse censeat. q; si non censeat: Quum & bonus uir & legata persoluet / & mandata testatoris adimplebit / etiam si septem testium sollempnitas testamento defuerit. Atius ciuile contra disponit. Preterea bonitas & uirtus stabilis. tus autem locis & tempo-

Ciuile studiū reprobat.

poribus uariatur · ut sepe quod florentie legitimū ē
ferrarie sit contra legem · Iam uero magnis ac prec
laris uiris non satis decora est hec in litibus & cont
rouersiis mercennaria uersatio · Itaq; qui nobilitate
aut diuitiis precellunt / militie dignitate gaudent.
Doctoratum uero sibi ad dedecus potius & ignomi
niam reputarent · At enim superioribus illis studi
is tanta dignitas mest · ut nemo princeps · nemo
sibi turpe duceret · Scientia eay rex & eloquentia
insigniri · Alexandy certe philippus pater aristoteli
tradidit / non ad discendū ius ciuile / quod tanto re
g sordidum fuisset / sed ad doctrinam uite ac moy
& ad eloquentiam perdiscendam · Omicto uolupta
tem iocunditatemoy illoy studioy que tanta est:
ut difficile sit inde mentes reuellere · In iure autē
ciuili pdiscendo / quid tandem est preter mera tedia
taq; obscitans scientia non immerito ab antiquis
apellatur · Sed hec satis mihi enim ad te scribenti
potius his de rebus loqui / quam aut de familie aut
de parentis amicitia placuit · Illa enim tempus ex
pectare possunt / & sunt non indicta prius / cohorta
cionem uero ad hec studia non est usum differre

Alexander.

LEONARDVS S. D. Acto militi saxoferratum · Et
si cognosco me prolixioris epistole debitorem es
se / tamen cum arminensis iste domum ad me ue
nisset · & nunquid uellem rogaret · non pmisi ip
sum ad te uacuum redire litteray meay · gaudeo
igitur semperoy gaudiosus sum / prospera atoy secū

da de tuo statu dignitateq; audisse · nec puto esse qui
q; amicoz tuoz qui me in hac parte gaudii atq; be
nuolentie antecedat · id uero totum proficiscitur ex
singulari prestantia uirtutū tuaz / qui humanitate
summam cum grauitate moz & sapientia rez ge
rendaz mirifice coniunxisti · Vt idem tu & amari
ut facilis / & timeri ut fortis / & obsuari ut prudens
mereare · Sed hec cum aliis uberius & solutius quā
tecum dete · Nunc autem inuitat locus iste in quo
degis / ut non pretermittam de me aliquid scribē.
Equndem tanto ardore generosam inclitamoz mala
testaz familiam colui · ut non alienum procerest il
li me existimarent / sed unum de se ipsis · Vt eōs
ceteros omittam / cum inclite memorie · Carolo
principe illius familie ita aliquam diu uixi ut ne
q; mensa neq; uenatio neq; studia litteraz me ab
illo sequestrarent · cum p actis ad occasum uenati
onibus / ita redire animum solebamus / ut duob9
uel tribus passuum milib9 disputando / summis
interdum contentionib9 & desperatis prope clamo
ribus certaremus · Sunt enim illi ingeniū magnū
& scientia multaz rez habundans · cetez ita ptinax
in disputando / ut quod semel dixisse semper def
enderet · Et suppetebat mirabilis quedam copia
rationum argumentoz.aq ad cuncta que assum
pserat substinenda · Ex quo frequenter fiebat ne
clamores contentionesq; deessent · Sed idem in omī
uirtute ceteris hominibus longe meo iudicio pre-

pō. mod laudāc
p ponit.

familiā mala
tessa laud.

Carolus.
laudat.

ſtitit · Quorſum uero hec ·⁊ Vt iuuenibuſ iſtiſ procerī
buſ qui illi ſucceſſere / me notum & comendatum fa
ciaſ · Vale & latorem hāc litteraꝝ in conceſſione illiꝰ
officii quod poſtulat ·⁊ rogo habeaſ recōmiſſū · itēꝝ uale

Cōſolat. de
morte ꝑ.

LEONARDVS Nicole ſalutem · Quoniam publico nu/
nere neceſſario detentuſ / adeſſe tibi in parentiſ
tue optime atq; preſtantiſſime mulieriſ / luctuoſo fu/
nere nequiui ·⁊ quod reliqum eſt litteriſ adimplere
officium tentabo / neq; enim confido preſtare id
poſſe · Et enim cum pietatem filii debere me illi &
habere intelligam · ac in luctu prope equali tecum uer/
ſer · ſentio profecto / me conſolatione potiuſ indigere
quam aliоſ conſolari poſſe · Que tamen ad rationē
deflectenti animum / mihi uenire in mentem ſo
leant recenſere conſtitui ſi forſan ea reſ lenire ali/
qua ex parte dolorem tuū ualerent · Quid tantopē
lugemuſ imoꝝ ·⁊ Quid afflictamur ·⁊ Quaſi uero no
uum quiddam inopinatumoꝝ acciderit · Nū queſo ul
ignotum uel ambiguū fuerat illam eſſe mortalem ·⁊
Num ad maturitatē iam plane ſuam & ſenium pue
niſſe ·⁊ Num annoꝝ numeꝝ eūm impleſſe quem uix
centeſimuſ quiſq; ptingit ·⁊ Curſuſ autem uite cui im/
q̄ proſperior aut bonis omnibuſ cumulatior fuit ·⁊
Quid igitur nobis uolumuſ ·⁊ Quid expoſcimuſ ·⁊ Quid
erga ſuperoſ uſq; adeo ingrati atq; peruerſi ſumꝰ ·⁊
Que enim magnopere adiiſ immortalibuſ precarem/
ea nobis ultro collata non recognoſcimuſ · Bona quidē
niſi ego fallor in mulieribuſ numerantur · genuſ for/

Bona mulier.
Cauē nō.

igitur reperiq; gaudia tum / prope[illegible]

ma · pudicitia · fecunditaſ · liberi · diuitie · ſup q̄ his om̄
bus uirtus & probitaſ · Ego quoꝙ his addo ualitudi
nem proſperam & uite longinquitatem · Nam imf
racta miseraꝙ ualitudine / etiam ſuperiora ꝗualēt
bona · & in breuitate uite nulla ꝓfectio poteſt eſti
mabilis reperiri · Hoꝙ igitur omnium / ſi quiſoꝙ
docere poteſt / aliquid huic primarie mulieri defuiſ
ſe · confitebor equidem non eſſe illam tantopere ex
tollendam · Sed quid defuit queſo hoꝙ omnium que
ſuperius numerata ſunt · Quid ſuperius non habū
de etiam ſuperfluit · Nam ut breuiter percurram
ſingula abinitio exordiens · Maternum illi genus p
stantissimum fuit ex clarissima filia malateſtaꝙ · Pa
ternum uero ex gente honoratiſſima ac maxima no
ſtre ciuitatis · patre · auo · & attauo · ſplendidiſſimis eq
tibus · foriſoꝙ & domi ſumme auctoritatis · Quid igit
magnificentius · Quid illustrius in hac parte dici poteſt ·
Aut quid inſigniuſ / quam tanta claritate maioꝙ hone
ſtari · forma uero fuit egregia plane atoꝙ magnifi
ca · plena dignitatis / plena ingenii pudoris · Aderatoꝙ
& in proceritate generoſitaſ quedam · & in grauita
te auctoritaſ / & in negligentia comendatio probita
tis · Qua quidem in parte quālibet a zenone ſtoiciſoꝙ
reclametur / tamen uetetꝙ mihi academicoꝙ peryrpa
teticoꝙ q̄ ſententia magis probatur / qui ut fuco atoꝙ
fallacius affectare falſam opinionem forme damnā
dum ſic natura largiente uetꝙ decorem grate ſuſci
piendam exiſtimant & in bonis numerandum · Nec

Laus ſpūcta
genere · at
ipſis donibus
animi & corpo

sane ego lepiditatem aut uenustatem in hac presertim
muliere laudarim · sed prestantiam quamdam
natiuam & ueneracionis plenam dignitatem · Nā
de pudicitia quidem illius : in qua fuit unicum sin
gulare & exemplum tacere melius est q̄ pauca di
xisse · Nupta uero fortunatissimo coniugi diuitiis
opibus celebritate nominis / sue etatis omnium no
stro⁹ ciuiū prestantissimo · numerosam sobolem p
creauit · Viditq; multitudinem ex se prognatā
filio⁹ filios atq; nepotes · quanta sunt queso ista
que adhuc enumerauimus · & quanti existimā
da ? · Vel quiā multi reperiuntur quibus ista cō
tingerint ? Vno fortasse aut altero non nulli
cunctis uero simul cumulatis / perpauci admodū
nō · Laudā · nē · gloriari possunt · Sed bona animi maxime in ea
muliere conspicua fuere · Admirabilis probitas ·
insignis humanitas · magnificentia liberalitasq;
egregia · maximeq; ad decus & prestantiā erecta
mens · quid dicam de humanitate mirifica · de
caritate in suos · de dilectione in omnes · de boni
tate demq; singulari · in qua nullā umq̄ muliē
rem huic comparandam me cognouisse affir
mare ueerissime possum · Prudentia uero quāta
fuerit uel ex illo apparet quod maximā domū
magnas clientelas · uaria multiplicia q; negotia
mortuo cōiuge per annos amplius triginta sic
gubernauit : ut nemo consiliū aut prudentiam
uiri de esse in tanta administratione umq̄ sen

tiret: esset oꝫ ipsa simul regula moꝫ & integritas ho/
nestatisꝫ disciplina & norma. Cum his illa laudib9
ad septuagesimū quartum puenit annum. prospera
ualitudine & continuata auctoritate. Exitum quoq;
uite facilem transquillumoꝫ sortita. qualis superiori
eius moderationi maxime congruebat. Desideriū sui
mirabile filiis propinquisꝫ reliquit cui unanimi
consentienteꝫ omnium comendatione. Ego igitur
hanc mulierem. pro tantis atoꝫ ita continuatis ad
extremum usꝫ uite diem bonis: nequaqz lacrimis
decorandam puto. Sed gratulatione & gloria prose/
quendam. Nec aduersi quicqz illi accidisse existimo/
quod mortua sit. Nec sane in morte quicqz est ma/
li. propterea. quod aut extinguatur protinus oīs
sensus. & fiat quasi sompno cuidam numqz inter/
rupto/ simillima requies. Qua si est suauissimū unus
interdum nostris/ toto spatio sine ulla intermissione
potiri: quanta suauitas in illo sempiterno tempore
est existimanda. Aut si remaneat sensus uiuantꝫ aī
nostri post mortem: uiam uiam fatalem ingressos.
ad meliora domicilia migrare. & cum melioribus
& sui similibus habitare est procul dubio comfitēdū.
ut aut nihil mali sit in morte aut multum etiam
boni. Cum uero ex duobus alterꝫ necessariū sit: &
quibusdam incertum obscuꝫ oꝫ uideatur: ego tamen
mihi persuadeo animos hominū esse sempiternos.
atoꝫ optimo cuiqz cum a corporeis uinclis fuerit li
beratus, reditum facilem in celū patere. Vbi nunc

illa consistens ac tenebris exura · puro intuitu diuina
illa spectacula comtemplans : imbecillitatem nostrā
miseretur · seq; nunc tandem uiuere : nostram uero
hanc q; uitam dicimus mortem esse cognoscit · Equi/
dem homini iam plane sem qui cum laude eximia
uixerit optandam etiam mortem existimo · cum &
impendeant quotidie pmulta : quibus periculū est ne
extrema aliqua labe superioris uite splendor & gloria
deturpetur · Vt priamo regi & pompeio accidit · quoq;
utrumq; calamitates extreme / ex superiori felicitate
miserabilē reddidere · Vel ut ista cessent tamen il/
lud est certissimū etate longius prouectis incomodū ·
quod necē sit quodam modo hebetari sensus · uidere
oq; deterius atq; audire · & in ceteris multis natura
ipsa debilitari & frangi : ut optime cum illa actū
in hoc suo decessu putare debeamus · Quod si nostrā
uicem dolemus · quia uidelicet spoliari illius presidio
atq; solatio sumus · isq; nos meror afficit & in luctū
impellit : uidendū est ne nimis ingrate atq; iniuste
comodum nostr illius comodo anteferamus · Amor
enim uerus ad euius q; diligimus causam non ad nost/
ram est referendus · Si enim & etas illius iam ingra/
uescens & ante parta laus & fortune mobilitas hoc
flagitant : ut illam ad extremū uite diem quasi in
portum quemdam ex longa periculosaq; naugatio/
ne / tuto se recepisse gratulandū sit atq; letandum ·
nolimus queso illius cōmodū lamentari aut deflere
Deniq; illa certe qua beniuolentia / fuit hoc nos in dolo/

Priamy · pōpeius ·

Amor uerus ·

re uersari ꝑmoleste fert. & cessare nos iubet atq; de/
sistere cui etiam mortue parere & condonare me/
rorem nostr debemus. & quantū natura potitur
moderate ꝑferre.

LEONARDVS CIRIACO Salutem. Melius erat o ciri/
ace non tantum sapere quantum sapis. Si quidem
te scientem alioꝝ errata conturbant. que ab ignorā
te nulla molestia preterirentur. Habet enim ignorā
tia multis in malis quiddam boni. quod minus angitur
quia minus sentit. Atq; ut ad postulata veniam tua.
admiratum te dicis in hoc nouo sigismundi principis
aduentu: quod qui ante coronationē se regem scri
beret romanoꝝ / post coronationē quasi maius quiddā
& dignius exprimere volens / imparatorem se nuncu
pabat non regem. Quod tu ꝑperam factum arbitraris
taq; te id reprehendisse ais. & queris a'me num idē
sentiam qđ tu. an contra putem. Ego vero & in his
& in aliis ꝑmultis plurima quotidie mihi videor er/
rata cognoscere. Sed utor democriti regula. rideo
enim illam non fleo. Quid enim mea refert quem
admodum barbari loquantur. quos neq; corrigere possī
si velim. neq; magnopere velim si possim. De rege ta-
men & imparatore idem sentio quod tu. & iam pri/
dem ridens barbariem istam hoc ipm̄ notaui atq; re/
dargui. Tres enim gradus maioꝝ dignitatū apud ro/
manos de quoꝝ principe loquimur fuere. rex dicta-
tor/imparator. Ex his suprema ommū potestas rex
est. Post regem vero secundū teguit dignitatis locū/

Aīm Coroā. nem
br.m patig & digni
mo.i ꝑ ꝓ
Ꝙ regio romano
Ler eīg. mo

Democrit.

Tres g̃ dub maior
dignitat apd regē
Coā nob. pro.

dictatura · Post dictaturam imperium tercio gradu cō
sequitur · Huiusce rei probatio est / quod octauiano im
paratori optime se gerenti: uolens senatus popul9
q; romanus dignitatem augere · pro imparatore
dictatorem facere decreuit · Quod ille non recepit
sed flexu genu recusauit · quasi maioris fastus ma
iorisq; mundie dignitatem · existimans imparato
ris nomen / modicum ac populare / si ad dictatoris
fastigium comparetur · Inferioris ergo dignitatis
impator est quam dictator · ut ex hoc patet · Maio
rem uero esse regiam potestatem q̄ dictatura · ex
eo potest intelligi: quid iulius cesar dictator cū
esset affectauit regem fieri · cuius gracia interfec
tus est · non ferētibus ciuibus ut regiam assumeret
potestatem · sed dictaturam / ut pote minorem e
quis animis in eo pacientibus · Hec igitur que ad
huc dixi & si nulla penitus alia supadderentur · ta
men ipsa p se · uel sola probant abunde / regium no
men quam imparatorū esse prestantius · nisi for
te aut senatum dum pro impatore dictatorē
facere uolebat: aut cesarem dum ex dictatura
rex fieri cupiebat: non intellexisse uim ista; di
gnitatum existimemus · Sed nolo ins esse conten
tus presertim ad te scribens / cuiꝰ aures noui q̄
auidissime sunt uetustatis simul ac ueritatis · Expli
cemus ergo singulorꝫ naturam quo cognita &in
ter se comparata differentiam sui dilucide nob
ostendant · Regem omnes sic accipiunt: quasi

octauianus
no. dictatoris
refugiunt.

Julius Cesar

ſupprema quedam & abſoluta ſit poteſtaſ ſupra quē
m ſuo regno nemo ſit: ſed ipſe preſit omnibuſ.
Ex quo fit ut rex nſi unuſ dum taxat eſſe nō poſ
ſit. Plureſ enim regeſ ſimul eidem regno preſidē
teſ ſe ſe mutuo impedirent, naturamoꝫ perime
rent regiſ. que non omnibuſ preeſſet ſed haberet
paritatem. Patet hoc in antiquiſ moderniſoꝫ regi
buſ. Neoꝫ enim numa: neoꝫ hoſtiliuſ. neoꝫ ancuſ.
neoꝫ alii deinceps romani regeſ, conſortē aut ſoti
um regni habuere. De romulo & tacio ferunt. ſed
alter ſabinoꝫ alter romanoꝫ rex erat. & in propī
quo collati repugnante natura ſe ſe paſſi nō ſūt
t in moderniſ quoqꝫ regibuſ idem apparet. Neoꝫ e
nim francoꝫ neoꝫ angloꝫ plureſ ſimul regeſ re
gnum gubernant. Sed unuſ & ſoluſ. cui fratreſ
cui patrui cui propinquī omneſ genua ſubmittūt
C eſſit iam quandoꝫ apud noſ filio pater. ac regiam
poteſtatem ſe uiuo tranſferre in filium uoluit. ipē
dimiſit. quoniam duoſ ſimul regiam poteſtatem
habere, contra naturam eſt huiuſ dignitatiſ. At
imparatoreſ ſimul plureſ ſepiſſime fuerunt. Nō
eſt enim ſupprema poteſtaſ imperium. ſed ſalua
re publica. ſalua auctoritate ſenatuſ & populi. ſal
ua libertate imparator creabatur. Eſt enim impe
rium armoꝫ exercituumoꝫ. ad tutendam augendā
oꝫ rem publicam cōmiſſa auctoritaſ. itaqꝫ impara
tore exiſtente, nihilominuſ conſuleſ pretoreſoꝫ
ac ceteri magiſtratuſ in re p. manebant. Rege aute

existente / tribunitia poteſtas plebiſq; auctoritas omniſ
omnino ſoluebatur · At enim cum impatore / cuncti
ſimul magiſtratuſ in re p̃. perſtabant · & auctoritas
uigebat · ſenatuſ & populi libertas ſeruabatur · Ex quo
appareꝫ imparatorem non eſſe dominum ſed legiti/
mam poteſtatem · Niſi forſan criſpum ſalluſtium ig/
noraſſe uim dignitatemq; imparatorii nominiſ arbi/
tremur qui inquit · Nam cum tu te p̃ mollitiem ag/
as exercitum ſupplicio cogere · ideſt dommum nō
imparatorem eſſe · Volo inſuper unam uel alteram
rationem inducere · quo maioriſ dignitatiſ regium
nomen eſſe oſtendam · Imperium quibuſdam magi
ſtratibuſ recte tribuimuſ · Nam omneſ qui iuriſdic/
tionem exercent · ac punire & cohercere poſſunt/
imperium habere dicimuſ · At regnum numq; habe
re illoſ diceremuſ · quoniam nomen imperii legitti/
mam poteſtatē ſignificat · regnum autem habere ſup̃
legeſ eſſet · Preterea que deo tribuimuſ uocabula ·
ea preſtantiſſima ſunt exiſtimanda · Cum enim deꝰ
meffabiliter excelleat · nec ulla humana reperiri di
gna poſſint eiuſ maieſtate · illa deo tribuimuſ que
apud noſ ſunt maxima quoq; niam maiora tribue
re non habemuſ · Deum autem regem nuncupamuſ ·
ac regnum celoq; dicimuſ · ut ſacre littere poeteq; te/
ſtantur · imparatorem uero qui deum uocaret · uix
quiſq; reperitur · propterea quod rex poteſtatem
ſuppremam abſolutam q; ſignificat · imparator uero
longe inferiorē · Ex hiſ omnibuſ luce clariuſ appet ·

X maior dignitatis regnū no. ſi X imparatoris alia res est

qui imparatorium nomen regio nomini anteferunt.
eos in maxima ignoratione uersari. Sed heus tu q
hunc errorem notasti: cur aliū huic ānexum tacitꝫ
preteristi? Coronari enim imparatorē, ubi nam gē
tium mos fuit? Quis imparatorem romanum anti
quis illis temporibus coronatum fuisse umꝫ audiuit
aut legit? Non augustum. non tiberiū non caligu
lam. non neronem. cui presertim hi duo extremi
intollerande superbie ac luxurie forent. Non traia
num non adrianum. Non antoninum. Nemo imꝫ
istoꝝ coronam imperii umꝫ suscepit. aut habuit. s
aut usus est nisi forte lauream cum triumphasset.
aut rostratam quod classem hostium cepisset. que d
ue corone non imparatoꝝ erant magis quam quo
rumcunꝫ triumphantiū. aut uincentiū. An ergo qd'
illi tantam imperii magnitudinem habentes. non fa
ciebant? hi quatuor iugeꝝ p̄sessores coronabuntur?
Enim uero non ut impatores. sed ut reges romani co
ronantur. Cur ergo se post coronationē impatores
sentiunt non reges? Deinde totum hoc ignorātie
est: cum ne reges quidē romanos umꝫ coronari
mos fuerit. Romulus enim & hi qui post eum fue
runt reges numꝫ coronam receperunt. aut ge
starunt. aut usi sunt. Idem a nouꝝ obseruatū est
a tuscoꝝ regibus: ut numꝫ corona uterentur.
sed trabea dum taxat & palmata tunica. Quare
hanc barbariem queso cum sua ignorantia ualere
sinamus. & nos antiquis doctissimoꝝ uiroꝝ scriptis

quod unicum est refugium oblectemur / non curiosi quid agant isti aut quemadmodum loquan. Vale.

LEONARDVS flamo forolivien. Salutem. Ne forsa tu aliter accipias quam ego / vel ego q̄m tu / placet ante omnia constituere. quid nobis in controuersia venit. Questio nostra in eo consistit. O d' tu apud veteres unum eumdemq; fuisse s'mone omnium putas. nec alium vulgarem. alium litteratum. Ego autem ut nunc est / sic etiam tunc distinctam fuisse vulgarem linguam a'necterata existimo. Pressius quoq; si placet ista circunscribamus. ut certo tempore locoq; diffiniantur. Nam qui apd veteres dicit. nec tempus nec locum satis certū designat / Sit igitur questio. utr̄ rome p terrenti poete & marci tullii tempora vulgus ita loquebat, ut locuntur ii quos nunc latine litteratosq; loqui dicimus. vel aliud fuerit vulgi sermo aliud littera torq; Tua quidē prima ac potissima ratio est. quod oratores in senatu iudiciisq; & contionibus latine orabant. quod non fecissent nisi acunctis intelligerentur. Preterea terentii plautiq; comedie recitabantur ad populum ea ipsa lingua qua scriptę sunt. Idq; signum esse ais / quod eodem modo vulgus loquebatur. Quomodo enim delectarent: nisi intelligerent? He tibi firmissime probationes videntur. ac certissima argumenta opinionis tue. Ego autem non maiora / ista puto / q̄m nunc sit / euangelia missarumq; sollemnia latine ac litterate in audi

4. m apud veteres roa. nos 4 eod vulgares & litteratos fuisse dicimus / diuersa nota

2. o. mem.

entium turba pronunciari · Intelligunt enim homi
nes licet illiterati sint · Nec tamen ipsi ita locūt.
nec ullo modo loqui scirent licet intelligant · Prop
terea quod longe facilius est intelligere alienū
sermonem q̄ proferre · discutiamus igitur si pla
cet argumenta tua & quid ualeant uideamus ·
Neq; enim signis & opinionibus tam assentiri nos
decet q̄ necessariis opinionibus · Nam opinio & ex
istimatio sepissime fallitur · Duo equidē argumēta
per te inducuntur · unum oratoꝝ · alterꝝ poetaꝝ · Vi
deamus ergo utrumq; · Primum igitur oratores
quod in senatu iudiciisq; latine litterateq; loque
rentur · nihil opinionem tuam adiuuat · Erat enī
in senatu & iudiciis ad homines litteratos oratoris
sermo · Itaq; hec duo loca nihil ad rem p̄tinent tuā ·
Restat contio · inqua ad doctos simꝫ indoctosq; ha
bebatur oratio · Neq; enim apellatione populi tur
ba solum & infime sortis homines · sed nobiles &
ignobiles · doctiq; & indocti significātur · Itaq; nō
ad pistores tantum & lanistas sed multo magis
ad eos qui in rei p̄ gubernatione uersabantur · &
quoꝝ intererat quid populus decerneret · orator
loquebatur · Prestantes igitur homines · oratorem
latine litterateq; contionantē preclare intellige
bant oratoris uerba · ut nunc intelligunt missa
ꝝ sollemnia · Nam illud nos latere non debet · o
ratores ipsos alter scripsisse orationes suas q̄ di
xerant · quod & apud grecos & apud latinos ex-

ploratiſſimū eſt · Non quod diuerſum ſcriberent · ſed
quod ornatiuſ & comptiuſ id ipſum quod dixerant
litteriſ mandabant · Vt quedam in conctione dicta
uerbiſ forſan uulgatiſ & apertiſ & ad intelligentiā
accomodatiſ : limatiuſ poſtea contractiuſ q̄ ſcripta
legantur · Et de oratoribuſ quidem hec mihi dicta
ſint · Inſenatu enim & iudiciis ad ſcienteſ litteraſ
loquebantur litterate · In contionibuſ uero etiam ad
ſcienteſ · Aderant quoq̄ indocti quidam · hiſ ſic intel
ligebant oratoriſ uerba: ut nunc intelligunt miſſaſ
ſollemnia · Quare hec tua oratoq̄ inducta ratio nō
efficit id quod uis · habet enim apparentiam quādā
prima fronte · ſed ſi trite diſcutiatur / nihil admod'
importat · De poetis autem eoq̄ q̄ fabuliſ uideo te
longe aliter ſentire quam ego ſentiam · Tu enim tur
bam conueniſſe putaſ ad carmina poete intelligenda.
Ego autem conueniſſe puto · ad ludoſ ſcenicoſ ſpectan
doſ · Itaq̄ non auditoreſ qui aderant : ſed ſpectatoreſ
dicebantur · Agebatur enim fabula magno edilīū
apparatu · nec ſolum geſtibuſ uerū etiam tibiaq̄ mo
diſ & ſonati e ſcena prodibant · Ad hec me herclē
ſpectanda · non minuſ hodie populo concurreret : q̄m
tunc concurrebat · Quod autem uera dico / ex planti
terentiiq̄ prologiſ comediq̄ intelligi poteſt · Tote em̄
ex illoq̄ qui agebant opera uidentur pendere · Acta
ludiſ funebribuſ · modoſ fecit flaccuſ claudii tibiiſ
diſparibuſ · Non dicit recitata ſed acta · Agere uero
quid eſt niſi repreſentare actuq̄ referre : Quid tibi

Agere.

ıſ modoſ facere : niſi multitudinem ad ſpectandū allicē :
hechira eſt huic nomen fabule ea cum acta eſt noua :
nouum interuenit uitium & calamitaſ · Vt neq; ſpectari
neq; cognoſci potuerit · tta populuſ ſtudio ſtupiduſ · in
funabulo animum occuparat · Et paulo poſt in hiſ q̄
primum concilii didici nouaſ / partim ſum exactuſ · p
tim uix ſteti · Quia ſciebam dubiam fortunam eſſe ſce
nicam / ſpe incerta / certum mihi laborem ſubtuli · E
aſdem agere cepi ut ab eodem aliaſ diſcerem nouaſ ·
Quod inquit didici nouaſ / & aliaſ diſcerem : aperte oſtēdit :
ne actoreſ quidem ipſoſ : ſcripta poetaq; intelligere :
niſi a poetiſ primo illa didiciſſent · Si igitur magiſtri
ipſi agendi non intelligebant : multo minuſ turba &
multitudo · Sed ludoſ ſpectabat turba · non uerba exau
diebat : oculoq; tantum aſpectu & tibiaq; ſono diſtine
batur · Quod autem ſubicit : quia ſciebam dubiam for
tunam · idem probat quod dixi · fortuna enim in ſceniciſ
ludiſ erat · non in poete ſtilo atq; ingenio · hoc enim in
eoq; qui legunt iudicio repoſitum eſt / nec · fortune ſub
iacet · Aeho autem & tibie & huiuſmodi iudiera fortu
ne ſpectantium ſubiacebant · Et paulo poſt pfeci inqt
ut ſpectarentur · non dicit intelligerentur · ſed ut expe
ctarentur · Quod totum eſt iudiciū oculoq; · & paulo poſt ·
Vobiſ poteſtaſ data eſt condecorandi ludoſ ſcenicoſ · Noli
te ſinere per uoſ artem muſicam recidere ad paucoſ ·
Ex hiſ omnibuſ patet ad ludoſ ſcenicoſ & tibiaſ & actoq;
pſonaſ ſpectandū multitudinem conuenieſſe · Poete aute
uerba ne actoreſ quidem ipſoſ intellexiſſe / niſi priuſ

docerentur · Nihil igitur poete · nihil eor fabule ad
sermonem uulgi pertinent · Non enim intellectum
uerbor · sed spectaculū ludor uulgus sequebatur ·
Quoniam illa que putabas firmissima tue opinio
nis fundamenta nihil ualere ostendi · docebo
iam ipse impossibile esse uulgus illo modo quo tu
putas esse locutum · hoc tantum premisso · Tu ne
queso flaui cum sis uir doctus ac litteris expolit9 ·
uel alii qui tecum sentiunt · animum inducere po
testis · ut credatis · nutrices & mulierculas & huiq
modi turbam · ita tunc nasci · ut que nos tot ma
gistris tanto usu uix tenemus · illi nullis magistris
assequerentur · ut eo modo loquerentur · quemad
modum ij qui latine litteratos locuntur · intelli
gerentos poetas comedias nullo prius eos docen
te · Profecto ualde absurdum est ita credere · At
qui latina lingua a uulgari in multis differt ·
plurimū tamen terminatione · inflectione · si
gnificatione · constructione & accentu · de quib9
omnibus simul dicamus · Nam seorsum prosequi sin
gula longum foret · Mulierculę igitur ille ac nu
trices tue si de supellectili recte dicendū erit · su
pellex dicent · Rursus uero si inclinandū ita ut
possessionē uel generationem significet · supellec
tilis dicent · & si poscat intencio · suppellectili sup
pellectilem uariabunt · Eedem cum pluraliter
dicendum erit · supellectilia uariato genere pro
nuntiabunt · & supellectilium · & supellectilibus ·

Per deum immortalem non ne uidetis impossibilia uos credere · Difficile nomen capis : inquies · At tu facilius aliquod cape · Dominus recto dicent · flectet uero cum opus erit ut dicant domini · domino dñz. Et si de feminis dicendum sit · dominabus filiabꝫ libertabus dicent · q̄ de maribus dominis · filiis · libertisꝫ dixerunt · Vix me hercle cum disciplina & regula hoc facerent · ne dū sine disciplina & regula · fero uerbum est · a quo tuli latum · subtuli sublatum · Cado cecidi si casum significet · si cedem cecidi media producta · ista queso interroscent mulieres & turbatorꝫ ita loquentur : Pulso & uapulo · alterꝫ actiue, alterꝫ passiue dicimus eadem uoce · Ego uapulando ille uerberando / usꝫ ambo defessi sumus inquit poeta · Tu mulierculas & nutrices & huiusmodi quisquilias / hec intelligere atꝫ eodem modi loqui putas : Abfuit & defuit duo sunt · quorꝫ alterꝫ laudē alterꝫ uituperationē significat · Sinapis latine dicimus media producta · & polixena breui penultima · Virgili autem & mercuri uocatiuo · penultimā natura breuem pronuntiamus ut longam · Video te · mui deo tibi · salutem Dico tibi salutem · Interdico tibi bonis : non bona · hec ne queso mulierecule & nutrices & uulgus illiteratum dicent : que nos literati uix dicere ualemus : Quid si probo per ea tempora uulgarem sermonem distinctū aliterato fuisse : non ne desistere debes talia oppugnare · Duellium qui classe pe- Duellū. nos superauit : uulgo bellum appellatum fuisse cice- Bellum.

ro tradidit · Ergo aliter uulgus aliter litterati nuncupa/

Villa. bant · Varro ullam ab ueho dictam putat · Adducit uero
coniecturam · quod rustici pro uilla / uella dicunt · pro
uectura quoq; uellatura · Quid amplius egemus testi
bus ? · A uulgo uellatura & uella · a litteratis uellatura &
ulla dicebatur · Alius ergo uulgi sermo · Alius litteratoꝝ ·

Varro. At enim cicero inquit de quodam · putabatur bene lati/
ne loqui · sed litteras nesciebat · Non diceret hoc cicero,
nisi sibi in illo uno admirabile uideretur · Quod enī
miratur in illo quasi singulare probat in aliis hoc nus/
q̄ fuisse · At contio clamauit cum a carbone diceretur ·
& te maxime cesar · Salue magna parens frugum saturnia tellus · Magna uir · Pro deus immortalis · non dissunt
quem nostri hos uersus qui deberent medullitus esse mix
xi · quo excellentiam patrie nosceremus · Equidem quo-
tiens peregrinatus sū · non solum amenitatē hanc suaui
tatem q; natalis soli : uer multo magis humanitatē at
q; ingenia nostroq; hominum requisiui · Est enim nescio
quid natura insitum nationibus aliis · longe a nostris mo
ribus ingeniisq; alienum · Atq; ut falerni uini sapor
alius est q; taracinensis : ita mihi uidentur homines ab
ipsa in qua nascuntur terra saporem ut ita dixerim na
ture ingeniiq; traxisse · Intueri licet alios ī manes
alios efferatos · alios stolide arrogantes · alios ita alieno
iudicio : ut nec iustum nec honestum eadem regula
qua nos metimur / metiantur · alios suspitiosos & diffidē

dentes. Me quidem cum mei similibus conuersari iuuat & cum iis qui sunt eusdem mentis atq; sensus. In hiis enim amicitia fit / in aliis uero aut numq; aut numq; aut perraro. Quibus autem in locis amici / tia cadere non potest. in iis nulla potest uite iocund / itas repiri. Sublata uero iocunditate uite & felicitas tollitur que non potest esse absq; uite iocunditate

Ego igitur te reuersum ad ea loca gaudeo in quibus ti bi & amicitia & felicitas esse possit. Perindeq; tibi suadeo. ut in patria consistere uelis. ac longinquas istas spes omnino cõtemnere. Preclare enim poeta quidam inquit. neq; diuitias opto neq; uoto precor. sed mihi contingat ex quo uitam agere omni carentẽ molestia. Et apud theocritum siracusanum pastor quidam inquit. Non mihi sint nec opes pelopis neq; regna seleuci. Nec celeri cursu uentos superare fugaces. Aut uacuo curis liceat cantare sub antro. Et procul e specula mare prospectare profundum. hanc nos uitam nobis ipsis plurimũ dare possumus. sine modo cupiditatibus imponamus. Sed de his aliis. & quidem uberius. Nunc autem quasi per transennam hec attigisse satis esto. Quod autem epistolas quasdã meas apud uiz clarissimũ columnensem legeris: non mihi placet. Vt enim lucilius formidans doctorum hominum iudicia. non romanis sed tarentinis & cõsentinis scripsisse libros suos aiebat. proinde isti non legerent. illi legerent. sic ego epistolas meas romanis aut anagninis scripsisse nego. sed nepesinis &

ſutrimſ · Quid enim habere laudiſ epiſtole poſſunt familia
reſ preſertim & de rebuſ contingentibuſ ſcripte · Itaq; ego
ipſe ſpernenſ · ſatiſ longo tempore nullaſ ſeruaui · Poſtea
tamen cum intellexiſſem quaſdam pro meiſ circumferri
que mee non eſſent conquirere uiaſ cepi & quaſ poſtea
ſcripſiſſem · ſeruare non tamen omneſ ſed eaſ tantum
que haberent in ſe narrationem rei non quotidiane · Tu
uale ac me ut facis ama · florentie xii kal ſeptembriſ ·
Vt uero tibi proponam aliquid exercitacionis gracia · illud
quero abſte · quomodo intelligenda ſint illa ungilli uer
ba · Hic uer aſſiduum · & alienis mendis eſtaſ uex uale

LEONARDVS flauio forolyuenſi Volo ut extet opuſ
aliquod ſtudioq; meoq; quod ſit teſtis & index amo
riſ mei erga ſanctiſſimum dominum eugenium papā
quartum · Nam cum ab adoleſcentia mea illum dilexe
rim propter ocisam quandam eiuſ magnitudinem ani
mi & uirtutiſ preſtantiam · & ipſe me inter familia
riſſimoſ recipere dignatuſ ſit · debet profecto nunc
monumentum aliquod extare dileccionis mee · Itaq; li
broſ politicoq; multiſ ante uigiliſ multaq; aſſiduitate
& opera in latinum conuerſos ad beatitudinem ſuam
mittere conſtitui · Eſt enim opuſ magnificū ac plane
regium · & profecto digniſſimum quod ſūmo principi
dicetur · quando quidem tota eiuſ libri materia eſt de
rectione populoq · Eſt inſuper eo nitore / eaq; elegāta
ſcriptum · ſi modo uiam noſ ſuare potuimuſ · ut ſe ſe
quaſi pretioſa ueſte ornaſſe uideatur · quo non erubeſce-

mi. Cōuers.

Laudat libm ſi polituoq; dz?

ret ante faciem eruditi principis comparere · Equidem
affirmare ausim / nullum esse opus latine lingue / de hac
ratis loquor / quod huic aristotilis operi sit anteponendū.
dignitate rez tractaz & auctoritate scriptoz · Tu ipse
dum leges : gaudebis profecto / non modo ob scientiam
rez eximiam / uez etiam ob incredibilem quādam am
plitudinem uarietatemoz & copiam · Octo sunt illius ope
ris libri plenissimi quidem rez memorandaz · In eoz
primo quasi elementa ciuitatis contimentur · In secundo
autem res publicas ante se uel scriptas tantummodo ut
actu existentes singulatim recenset · Scripserant enī
ante ipsum quatuor maxime prestantes · plato athe
niensis · hippodamus milesius · phileas carthagmensis · E
pimenidas cretensis · Hoz institutionez & formas rez
publicaz recensens / singulas seorsum examinat · Itaq
multa ad eam formam / rei publice quam scripsit
plato : multa subinde ad eam quam scripsit phileas
disceptat · De ciuitatibus autem que actu erant · tres enar
rat que optime ceteraz omnium gubernari putabantur.
Lacedemonioz instituta & morez · Deinde carthaginēsiū.
Postea cretensium · Est pulcerrimum in his uidere que
instituta & forme illaz rez publicaz essent · que ue
probet aristotelez aut refellat · Multa preterea in hoc ipō
libro de athenensium re publica · Multa de solone
de licurgo · de ceteris legum positoribus amenissime re
feruntur · Cum igitur nullam eaz rez p. ēe pfectam o
stendisset : ipse iam in tercio libro ac demcepz totam
materiam ingressus : opinionem ac disciplinā explicat

Lui añ azt. 67 de politicis scripsit

Summarie declarat quē politicaz tract. intd. 3 lib.

suam . Inquibus deus bone/quanta series rez/ quanta ua
rietas rez/ quanta explicatio pulcerrimaz/ questionū
quanta exemplorz/ historiaz/ q multitudo inducitur. ut
omnia que umoq facta sunt/ nota fuisse huic philosopho
uideantur . Quis putasset in his libris historiam ytalie cō/
tineri ? Atq ita refertur de italo rege deoz/ italia ab eo
nominata/ ut mihi latinam historiam legisse uideatur.
Quis putasset de carthaginensibus deoz/ eoz/ institutis &
moribus ab hoc ipso dici ? Atq ita de his refert : ut oīa
illoz/ cognouisse appareat . Precipue tamen est in eo di/
scriptna mirabilis . Tres putat esse rez/ p. spetiesz/ rectas. Aut
enim unus ad utilitatem p. gubernat : & hic est rex. A/
ut pauci & hi sunt optimates . Aut multitudo mista ex
opulentis & popularibus . & hec proprie apellatur res p.
His tribus legitimis spetiebus : tres alie spetiesz/ non legittime
correspondent . quas ille tum labes/ tum excessus tum erro/
res appellat . labitur enim regia gubernatio in tirānidē.
Optimatum uero in paucoz/ potentiam . Res p. uero in po/
pularem statum. Popularis igitur status non est legitima
gubernandi spetiesz/ neq/ paucoz/ potencia . neq/ tirannis
sed omnes iste tres sunt excessus & labes . legitimaz/ ue
ro spetiez/ : prestantissima omnium est rex/ dignitate
ac bonitate . Post regem optimates . post optimates res p.
In labibus autem contrarius est ordo . Popularis enim sta/
tus que est labes rei p. statim post rem p. collocatur pau/
coz/ autem potentia/ que est labes optimatum post po/
pularem sequitur . Tirannis uero que est labes regni.
sextum in ordine locum obtinet . Itaq/ labes regni fit

Tres rei p. spes
rectas uno...

Labes rei p

de ſuppꝛema ſpetie ad infimam · ideſt ex optima oīm re-
ctaꝫ ad deterꝛimam omnium deprauataꝫ · Reliqꝫe
uero ſpetieſ minuſ ex alto cadunt · quoniam non tā
pfecte ſunt quam regia gubernatio · Regum autē ipōꝫ
utꝫ una ſit ſpetieſ an pluꝛeſ : & que ſint propꝛia
regiſ · que ue tirānica : & quid inter ſit · & quomodo
fiant · Preterea que conſeruent gubernationem unig.
que ue corrumpant · & que conſilia atoꝫ remedia pro
conſeruatione ſint adhibenda : mirifice diſſeritur.
Illud uero admirandū : quod nemo rex umoꝙ fuit q
preſtabilior eſſet : cuiuſ exempla & moreſ non referā
tur · nemo tirannuſ per greciam aſiam ſiciliam italiā :
cuiuſ non uita & moreſ & quibuſ artibuſ dominati-
onem conſeruauerit / & quanto duꝛauerint tempoꝛe
deſcꝛibatur · Rurſuſ uero in pluꝛium gubernatione · q̄
accidere conſuerunt ſeditioneſ atoꝫ diſcoꝛdie · & quib9
de cauſiſ oꝛiantur · que ue conſilia atoꝫ remedia ad
uerſuſ hec exiſtant · Preterea de ſitu uꝛbiſ · de regio-
ne · de magnitudine populi · de diſciplina iuuentutiſ
longo ordine demōſtratur · Sed quid ago tamoꝙ eīm
mare ingreſſuſ prouebi me in altum ſentio · Referam
ergo pedem & ad ipōſ libꝛoſ tamoꝙ ad tituſ reuertar
ubi hec omnia diuinitus pſcꝛibuntur Vale

LEONARDVS Antonio gramatico · Sal · An dicendum
ſcꝛibendumoꝫ ſit hoc pronomen mihi p̄ · c · litteram
uel ſine c potiuſ a̅me p̄ tuaſ litteraſ ſtudioſiuſ pquiriſ.
Et ſimul aiſ quibuſdam in locíſ notaſſe te ſic ame ſcꝛip-
tum fuiſſe : ut c littera interponeretur poſt primā i.

quo? ḥet dictio mihi ſcꝛībi ſit?

aſpirationem ſequentem / quod eſſe contra uetez cō
ſuetudinem affirmaſ · nec tamen reprehendere te id
aiſ · ſed admirari quidem ac rationem huiuſ reqrere
Ego autem non quibuſdā in locis ut tu aiſ / ſed ubiq; per
c litteram eam dictionem ſcribere conſueui · Habeoq;
auctoreſ huiuſ rei / dantem & petrarcam & boccaciū
& colluciū ſalutatum · doctiſſimoſ hominеſ qui & ipſi
ita ſcripſerunt · & uſuſ certe communiſ idem comprobat.
Nam quiſ ita loquitur ut dicat mihi · preter ineptoſ quoſ
dam qui oſtentare ſe uolunt antiquarioſ ēē · nec mtel
ligunt ita proferri ab ſe hanc dictionem mihi ut iudei
& caldei magiſ q̄ latini uideantur · Nam ꝯ ille quidē
nationeſ hc proferunt cōcidentiam eaxdem uoca
lium ut ab uno pectore aſpirationem deducant · nec
tam lingua & labiiſ quam gutture loquntur · Si igitur
& uſuſ hoc habet / & doctiſſimi hominеſ noſtre uel ſup
rioriſ etatiſ id obſuarunt · cur ipē michi non putem
obſeruandum · Vſuſ nempe magiſter & dominuſ eſt ſmo
niſ noſtri & quidem nimium ut ita dixerim impioſuſ /
qui non tam ratione & uiā quam pro arbitrio moue
atur · Neq; enim cum michi dixerunt antiqui rati
onem ſecuti ſunt · ſed uoluntatē uſuſ · Nam ratio quidē
ut analogia oſtendit / non michi ſed mihi dicere iube
bat · Vt enim me te ſe · ho etiam mihi tibi ſibi / erat
dicendum quod prepoteniſ uſq; aſpnatuſ eſt · credo qa
meptum quidā mihi ſonare uidebatur · cum tibi &
ſibi meliuſ ſonent · Vſuſ ergo qui tunc dominuſ fuit /
etiam hodie dominuſ · & poteſt improbare quod tūc

probauit · alioquin uariatio nulla fecit · in uerbis · nec esset
mutata tot antiquoꝝ placita · Nam quid tu magis de
hac dictione mihi qꝫ de ceteris pene innumerabilibꝰ
admiraris · Nonne optume dicebant antiqui & pessu
me · Eodemoꝝ modo alia ꝑmulta · Vt edimus decu
mus · lubens lubenter · pro pirro etiam puꝝ dicebant
& pro frigibus frugibus · Preterea fiet dicebant & non
fit · & posuerunt non posuerunt · Nos uero hec omnia
uariauimus usu iubente · Quin etiam per ciceronis
tempora causam per duo · s · contra uero russus ꝑ unū
· s · scribebant · Vt · agelius testatur & marmoreis quibꝰ
dam monumentis rome licet conspicere · Insuper coe
rauit faciundū dicebant antiqui · Nos autem curauit
dicimus non coerauit · & faciendū non faciundum ·
C uero litteram quam nos in dictione michi interponi
mus · antiqui locis quibusdam interposuerunt · nulla co
gente causa preter sonū · Ceu ex si & ubi · sicubi ne
cubi alicubi · Vsus ergo apud illos hec potuit · cur igit̄
idem usus apud nos idem non possit · Nichil quoꝝ
eodem modo scribo & profero · ductus auctorita
tibus & rationibus quas supra dixi · Vale ·

optume · pessume · Edimus · dedimus · Lubens · Lubenter ·

LEONARDVS Clarissimo uiro Iacobo Foscaro Salūt
pl̄ dicit · Scripsi nouiter comentarium quoddā
rez grecaz ut nobis aliaz pericula forent exemplo
qꝫ sint bellaz contentionumoꝝ discrimina formdā
da · Eum nunc libz tuo nomine transcribi feci & ꝑ
uum licet munus · adte mitto · quando quidem ut tuis
litteris ad me scriptis ꝑspexi · tu meaz opez compro

Nitri & quidā quidditia ab antiqua

bator simul atq; amator est · Que uero me causa impu
lerit id comentarium scribere : in proemio huius libri
poteris intueri · Ego enim ob id in ea epistola breuior
sum quia proemium illud tibi legendum censeo · Et
quoniam ad libros studiaq; tandem rediimus : si qd
nouu post hac a nobis componetur . Dabimus operam ut
ad tuam noticiam labores nostri pducantur · Vale & co
mentarium illud lege queso diligenter · continet
enim luculentam historiam ac scitu dignissimā · prop
ter incredibilem rez casuumq; uarietatem · Itez ua-
le viii kl' ian Cum superiorem epistolā exarrasse:
supuenerunt littere tue · non une quidē aut altere
sed quaterne simul eodem tempore ut facile appare
ret desideriuum tuū · tam me pudet muneris mei pu
sillitatis · cum illud tam auide expectari ate conspicia
Sed resarcietur aliquando maiori aliquo munere · Vale

VIDI EXEMPLA quaxdam epistolax Ar. Mediol'
passim de quibuscunq; scriptoribus collectax que
nuper ad se mediolano trāsmissa fuisse noster poggius
asserebat · In his una fuit epistola a nescio quo nebulone
contra opusculum quoddam meum scripta · q̄ ego admiror
in illo uolumine fuisse seruatā · Nihil enim habet episto-
la illa quod aut prodesse aut delectare possit · nisi forsan
quis delectetur hoc ipso quod mihi maledicit · Quod si for
san ideo scripta aut missa fuit : ut quemadmodum nu
per alfonso sic etiam nunc isti respondeam · grauis nimiū
prouincia mihi imponeretur · si haberem omnibus stultis
& maluolis qui contra me aliquid dixerint respondere · Sa-

tus est mihi quod opera ipsa mea in manibus doctissimor
hominum uersantur · qui de illis multo melius iudicare
ualent / quam iste nescio quis sicophanta · qui acquirere
se posse aliquid penes inimicos florentini populi exis
mauit / si illa que in laudē florentine urbis scripseram /
quam acerbe reprehenderet · Ego autem quantū ad me
attinet neq; laudator neq; assertor meor studior esse
consueui · sed detenuator potius dum alii laudarent Qua-
re alior iudicium sit qui recte iudicare possunt cum de
ceteris operibus meis · tum de hac ipsa laudatione quā
iste carpit atq; oppugnat · Quamq; scripta sunt oratio
illa a me ualde tunc quidē adolescente cum recens tunc
primum e scolis grecor exissem · fuit enim ea laudacio
mihi tamq; puerilis ludus ac exercitacio ad dicendū

Restituero iudicis est cum alior multor te etiam tē
poris consideracionem habere · Neq; enim ciceronis o-
racio quam dixit adolescens pro p quintio eamdem
meretur laudem · quam oratio post ab eodem dicta
pro aulo cluentio · laudamus tamen utramq; alterā
ut adolescentis optime spei · alteram ut pfecti iam ora
toris · Demosthenis quoq; orationes ille quas adolescens
scripsit contra tutores suos · non eiusdem sunt uirtutis
qua est illa subtilis de immunitate ad leptinē · aut illa
prestantissima pro ctesiphonte · aut illa grandis & ple
na in qua falsē legationis eschinem accusauit · Equi-
dem parioq; adolescentia laudationem illam scrip-
si · sed tamen in ea ipsa uiuendi laudatione per multa
reperientur ame tractata fuisse / que lector equus &

e' Ciceronis ōra-
tiōr

Pe. Demosthr
my

diligens / ut leuiter dixerim non aspnetur. Non enim
temere neq; leuiter id opus aggressi sumus. Neq; uagi
neq; incerti per semitas nobis incognitas peregrinātiū
more nostro ipsi arbitratu processimus. Sed ducem iti
neris tociusq; laudandi progressus certum indubitatumq;
habuimus: aristidem celebrem apud grecos oratorem. Aristides.
eloquentissimum hominem cuius extat oratio pulcerri
ma de laudibus athenaz. Huius sermo tamq; magister
mihi fuit. Conatus uero imitandi: tamq; ludus exer
cacioq; adolescentiē. Genus autem dicendi: nam id etiā
considerare iudicem oportet in huiuscemodi laudationib9
plausibile quoddā & glorioſum esse debet. id greci pani Panigerion
gericon uocant nec ad subtilitatem differendi sed ad plau
sum multitudinis accomodari. Omnisq; laudandi occa
sio arripienda est in eo genere ac uerbis extollenda
taq; aristides humanitatē athenensium laudans inqt: Laus athenā
regionem quoq; ipsam eadem humanitate se se in ma ensium
re extendere quasi obuiam progredientē. ac manus
porrigentem naugantibus qui ad se uenirent. Eta
lio loco antiquitatem laudans inquit. alios quidem
populos aduenas ēe suaz ciuitatum habitatores Athe
nienses uero ibi natos abinitio ubi inhabitant. eamq;
regionem homines genuisse ac peperisse. Item alio
loco inquit ceteras urbes omnes / uel ad occasum uer
gere / uel ad orientem / uel ad septemtriones. uel
ad meridiem. Solas uero athenas ad nullā istaz
partium uergere. sed esse in medio hazz omnium
constitutas ut quicquid ultra citra ue quoquo uers9

exiſtat : id uel orientale uel occidentale uel ſeptemtrio
nale uel meridionale ſit appellandum · Hec & huiuſmodi
pmulta inea laudatione ſcripta : quiſ non uidet non ad
ueritatem ſed ad plauſum & leticiam multitudiniſ
audientium pertinere : In laudationibuſ enim ciuita
tum ad eoſ ipſoſ habetur ſermo quoſ laudare uelis coro
namq; flagitat id genuſ dicendi & multitudinem po
puli · non ad iudicia uel ad decernendū aliquid de
re publica coactam · ſed ad plauſum & leticiam ex pro
priis laudibuſ capiendam · Genuſ igitur dicendi in huiu
modi laudationibꝫ tale quoddam eſt quod ſi intellexiſſet
reprehenſor meuſ ꝓtiuſ reprehendiſſet · Aliud eſt enī
Hiſtor. & laud. latio ſent. hiſtoria aliud laudacio · Hiſtoria quidem ueritatem ſe
qui debet · laudatio uero multa ſupra ueritatem extol
lit · ut in laudibuſ athenaq; factum ab ariſtide ſupra
oſtendimuſ · Neq; enim uez eſt atticam regionem huma
nitate quadam ſe in mare extendere · cum ſenſu care
at atq; motu · Neq; rurſuſ uez eſt regionem illam
hominеſ genuiſſe ac peperiſſe cum terra non conci
piat hominem neq; pariat · Nec etiam uerum eſt athe
nas eſſe medium umbilicū habitabiliſ terre · cum ali
bi ſit huiuſmodi punctuſ · Sed hec omnia quamq; non
uera nihilominuſ ornate ac probabiliter cum plauſu
quodam ac leticia multitudiniſ auribuſ infundunt
Florētia. C um igitur huiuſmodi ſit in laudandiſ ciuitatibuſ di
cendi genuſ : conſtat uero florentiā romanoq; eſſe co
loniam : nam id clariſſimū eſt & negari non poteſt:
quiſ iuſte admirari debet uel conqueri quod dictū

fuerit ame m laudatione presertim gloriam & res parētū
ad filios tamq; ad successores legitimos pertinere · Hic ē
enim propius & conueniens laudandi locus · At repre
hensor meus ut pote qui hec non intelligit perinde ac
si hereditas apud pretorem in iudicio peteretur negat po
pulum romanum esse mortuum · meq; delirare putat
qui hereditatem uiuentis ad alium ptinere scripserī
Viuit inquit populus romanus · tu hereditatem eius ad
alios defers utinam uiueret · Sed certe populs ille ro
manus de quo ipse loquor iam pridem mortuus & se
pultus est · hec autem que nunc rome habitat collectitia
turba non dominatur sed seruit · Quare de mortui agit
non de uiuentis hereditate · Sed finge ipsum uiuere q̄
quam est mortuus : an incōuenies est dixisse gloriam
& res parentum ad filios tamq; successores legittimos
ptinere : Si enim uiuo parente res eius ad filium ni
hil ptinent : ad quid inducta foret exhereditacio fili
oq; : Satis quippe fuerat / uel preteriisse uel nō insti
tuisse · si hereditas ad eos non ptineret · Quomodo dixi
sset ille senex apud terentium de filio / meus pceps :
Qua ratione se ipsum remordens eneas de ascanio
dixisset : quem regno italie fraudo & dotalibs aruis
? taq; nec si uiueret parens / foret incōuenies ita de
filio dixisse · Alia enim fori & iudicii ratio est alia
laudationis · In foro quidem possessio bonoq; petitur
alius auferenda · In (ua foro quidem possessio bonoq; (at) lauda
tione uero gloria & res parentum ad filios ptinere
monstratur · qua in re nihil parentibus auferturīmo

plus tribuitur · cum gloria & amplitudo que parentes illustrat / in filios quoq; fulgere asseueratur / quare discat queso iste quisquis est huius laudationis reprehensor / moderatius loqui · genusq; dicendi quale postulat laudatio / non ignoret nec me inconsiderate ac temere processisse arbitretur / cum & ducem probatissimum habuerim · & nihil non ad exemplum laudatissime orationis in hec mea direxerim · Hec pro cognitõe tua scripsisse uolui · Nam obtrectatorem illum meum / neq; noui quidem / neq; nominari umq̃ audiui · Sed satis apparet furiosum quendam esse / quisquis is sit · Simul enim reprehendit de rebus sibi incognitis / simul os maledicit / quasi non ratione sed odio furoreq; moueatur · Quid autem hic simile habet alfonso ? Ille uetterem interpretacionem ethicoq; suis rationibus defẽdebat · De me autem nihil nisi honorifice loquebatur. Tribuebat litteras splendoremq; orationis · plura demq̃ ego ipse uellem in hac parte de me predicabat / unum modo reprehendebat / quod nouam interpretacionem meam ueteri anteferrem · & in hoc ipso tamen humanissime ac moderatissime opinionẽ suã in contumeliis ut iste : sed rationibus tuebatur · Hic autem alter nihil modesti habet · Itaq; ego ille qui alfonso moderate admodũ ciuiliterq; respondi hãc moderationem meam hinc respondens seruare nõ possem · Iurgia uero & contumelias si reddam & in his diutius consistam / uereor ne ipse leuior ac stultior fierem quam iste ipse qui me prouocat · Et profec

to ſi certare maledictis uellem / abundantissima mihi cō
tra hunc asinum suppeditaret oratio. Sed in tam leui
re occupatum esse pudet. Itaq; pretermbo atq; omittā.
rideboq; potius illius ignorantiam ac fatuitatem quam
ipse facere me aliquid indignum adducat. Et de litterā-
tura quoq; si deo placet / nescio quid cauillari pgit. homo
stolidus & insanus. Qua quidem in re idem sibi contig/
isse uideo / quod presbiteris ruralibus euenire consue/
uit qui propter ignorantiam litteraꝝ. abradunt in libris
suis que bene scripta fuerant / uel aliter pronuntiant
q̄ scriptum sit asserentes illo modo stare non posse. Hoc
idem illi contingit in libro meo. si modo meum habuit.
Quod si alienum habuit libꝝ & forsan ut fit ascriptore
aliquo mendose transcriptum: quid me accusat? Neq;
enim ciceroni imputamus / quod epistole eius ad atticū
multis in locis librariorꝝ uitio ita scripte sunt. ut stare
uerba non possint. Neq; uirgilio quod quandoq; ita scri
pti uersus eius reperiuntur / ut pedes non habeant
congruentes. Sed nihil est maligno calūniatore neq;
puerilius qui cum hec sciat non esse reprehenda tamē
p calūniam reprehendit. Non stulticie & ignorantie
& leuitatis plenus qualis est illic non aliter q̄ contu
meliose ac maligne loqueretur. Nam quales sunt homi
num mores talis & sermo esse consueuit

LEONARDVS M Tiuensis. Non satis dilucide propos
tam a te questionem illam uideo / de qua per tua
litteras percontaris. Aris enim cum sermo foret de retho/
ricis institutis / dixisse quemdam eruditum hominē ex

his qui tunc aderant solute pronunciationis uim dum
taxat maxime usum & exercitiū desiderare deinde
quasi ratio huius dicti afferatur / subicis. Cum enim di
cimus inquiebat & non aliud .· Non aliud hec sunt ū
ba questionis proposite. Dico igitur nec primo loco dic
tum mihi satis clare uideri & que ad declarandū
subicitur ratio .· non tam ipsum declarat quam obscu-
rat. Sed accidit forsan ebetudine mea ut minus in
telligam. Itaq; priusquam proposite questioni respon
deam perconctabor ipse te. Immo illum qui hec dixit nā
tu relator es ac non actor. Primum igitur quero qd
ille sibi uoluerit dum inquit solute pronuntiationis ui.
Solutam enim pluribus modis dici solet. Aliter enim so
lutam peccuniā dicimus. Aliter solutam questionem.
Aliter enim dicimus rupe soluta obice saxi .· Aliter cū
dicimus lege solutus. ut de pindaro inquit flaccus. Aliter
oro & prosa. solutam orationē. idest absq; metro. Aliter cum dicimꝰ
solutus indicendo idest promptus & fluens ac minime le
gatus. Hec mihi occurrunt scribenti. Sunt credo & plu
res modi quibus solutam dicimus. Cum igitur inquit solu
te orationis quid tandem intelligit .· Vtr quemadmodū
solutam peccuniam & solutam questionem. & solutam ru
pem dicimus. Vel potius quemadmodū solutam orationē.
hoc est prosa non uersu .· Si hoc uult cur minus in uer
su pronuntiationem habere locum existimat qꝫ in prosa.
Roscius enim ac ceteri histriones boni .· qui tragedias uel
comedias agebant. plus artis in pronunciando habuerūt
quam oratores .· nouum loquendi morem inducit. Pronū-

thacio si quidem quam meliori uocabulo actionem dicimus: nō solum uoce uel etiam gestu uultuq; conficitur. Quomodo igitur congruere potest si dicamus soluto gestu. soluto uultu: Certe nullo modo. Itaq; ut pace sua dictum sit solute pronuntiationis dixisse non satis quid uelit ostendit. Deinde quod subicit uim: obscuritate non caret. In dicendi enim arte / quedam est oratoris uirtus quam apellamus uim. Hec uirtus demosthenis tribuitur maxime. Inquit enim cicero uim demosthenis tribuimus. leuitatem esc / him subtilitatem hipide. Et quintilianus ciceronem laudans inquit. Expressit uim demosthenis iocunditatem so cratis copiam platonis. Vtq; igitur iste uim dicens: de hac uirtute oratoria intelligit / an de alia re mihi ue hementer obscuq; est. Nam si de latronibus loqueretur / non dubitarem quid esset uis. Est enim violentia con tra ius illata. Nunc autem cum de oratoribus loquat uerba intelligere debemus secundum subiectam materi am. Est enim uis in oratore uirtus quedam cui iudices resistere non ualent. Deinde quod subicitur dum taxat maxime usum & exercitium desiderare: absurdissimū uideri non in merito potest: Nam dum taxat exclu dit maxime implicat. Et enim qui usu maxime fieri dicit: significat & alis modis fieri q̄ usu. Qui uero usu dum taxat fieri dicit: alios omnes ꝙ modos excludit. Atq; ita pugnantia inter se dicere uidetur: qui dum taxat & maxime simul coniungit. Quod autē inquit desiderare: eodem uitio laborat. Desiderare enim idem mihi significare uidetur / quod carere ac deficere. In eo

Promdiatio.

vis hic.

dumtaxat Maxime.

Deplorare.

preho inquit hunuſ deſiderati ſunt militeſ centum · ideſt
perierunt · Deſideraui⁹ humanitatem tuam · ideſt de
fuit tibi humanitaſ · Vſum ergo & exercitium deſidera
re · nihil ſignificat aliud / quam uſum & exercitiū non
habere · Hec teꝫ quando quidem ti gramaticaſ eſ di
ſceptare ſibuit · & quaſ zetemata quedam tibi propo
nere · Nam illud quod ſubiicitur tamoꝫ ratio primi
dicti · cum enim inquiebat dicimuſ / & non aliud ·
Non aliud eiuſcemodi eſt ut non gramaticum ſed ad
edipociem uel ad ſibillā ſit reiciendum · quoꝫ alter ſpi
giſ · altera futuri ſeculi caliginem patefecit · Ego
uero cum dauuſ ſim non edipuſ / ut inquit ille apd'
terentium ſeruuſ · ad iſta quibuſ diuinatione opuſ
eſt reſpondere non poſſum · Quod ſi queſtio illa mihi
propoſita ſit / an pronuntiatio uſu dumtaxat nobiſ
comparetur · negabo equidem · nec id ſane immerito ·
Quamoꝫ enim uſuſ ac exercitacio in ea re multum
ualeat · tamen prime ac maxime parteſ nature ſūt
Nam magnitudinem claritatemoꝫ & ſuauitatē uociſ
natura prebet · & dignitatem uultꝰ · geſtuſoꝫ uenu
ſtatem · eadem natura largitur · Arſ demde ſup ad
dita · Hec nature bona & temperare poteſt ſi arden
tiora ſint · uel extollere ſi frigidiora exiſtant · Vſuſ
abſoꝫ arte periculoſus eſt · crebroꝫ aberrat · Contra
naturam uero nemo feliciter pugnat · Itaoꝫ nullus
indicendo magnuſ euadere umoꝫ poterit / qui non ha·
beat largaſ anatura dotel · & eaſ ipſaſ ſtudio & arte
& exercitio confirmataſ · Eſſe uero artem quamdā

pronunciandi / & non usum solum modo: histriones sce
nasq; declarant Demosthem certe ac ciceroni cum u
terq; in actione deficeret histriones duo ad probabi
lem modum pronunciandi reduxerunt Si quidem de
mosthenes a satiro tullius uero ab roscio instructus
est in actione / Ex quo palam est non exercitationem
solam ad hoc sufficere / sed artificio quodam adhibito
comparari Vale

Francisco pizolpasso

AMABILES Profecto epistole apud nos scribū
tur reuerendissime pater / ut ego per hos dies com
perxi Venerunt enim ad manus meas exempla quar
dam epistolarū / inquibus una fuit tue paternitatis ad
ducem cloceltrie de obitu meo / Altera fatua cuiusdā
ac ridendi nebulonis / ad candidū / contumelias & ma
ledicta in me continens Erant insup alie complures
epistole / de quibus quid ipe sentiam non necē nuncē
aperire / At enim duas illas quas primo retuli silē
tio preterire non possum / Primum igitur quantū
ad significationem mei obitus attinet / ut rogare pro
antiqua familiaritate nostra tecum agam / Tu etiā
atq; etiam vide quomodo famam existimationem
q; tuam defendas / qui de uiuentis hominis obitu
litteris tuis tuoq; sigillo impressis / apud ducem cloceltrie
testificatus fueris / Atq; uiri operam dedisti nec ignoras
quenam huius delicti pena sit alegibus constituta / De
inde quid sibi voluit tanta festinatio ac properatio
scribendi / presertim de re tibi dolorosa & illi ipsi mi
nime placitura cui significabas / prospera enim sigui

ficare celeriter ac libenter solemus · Aspera uero nemo libens si
gnificat · Que igitur fuit causa tam properandi ? instabat
ut uideo candidus ac te impellebat · conceptam ex illo du
ce spem labi non patiebatur · faceret candidus ut uellet
tu rationem potius habere debuisti grauitatis tue q̄
illius uoluntatis · Quid autem illud quod in eadem e
pistola per te significatum fuit duci clocestrie me defe
cisse in promissis cum eos qui sibi ame promisse fuerant po
liticos libros tribuerim alteri · Hec profecto neq; ami
ci neq; de amico uox fuit · An tu candidi usq; adeo
inseruire studio debebas, ut talia de me scriberes ? pre
sertim & tibi incognita & non uera ? Equidem cuncta
que promiseram duci clocestrie cumulatissime persolui.
t tacq; non magis de obitu meo falsum tibi relatum fuit
quam de promissoq; defectu · quod ut scias attende
Scripsit adme dudum clocestrie dux se libros ethicoq; p
me traductos audisse · tollebatq; illos in celum laudibus
ac prouenisse ex illis mirificam utilitatem studiosis ho
minibus predicabat · Proinde hortatus est me ut pro cō
utilitate libros quoq; politicoq; eodem modo in latinum
transferrem · Hoc illi tandem promisi · Nec promisi mo
do uerq; etiam adimpleui · primumq; uolumen eius
operis insigniter ornatum ad illum p manus bonrome
oq; qui londonis negotiatur transmisi, ac presentari illi
domino feci · Vbi est igitur defectus fidei mee ? Vbi frust
ratio promissoq; ? postulauit imoq; ut pro comuni utilita
te illos transferrem · Vt uero sibi ut ita dixerim titulū
libri adscriberem : nec ipse petiuit umoq; nec ego pro

misi · Nam si promisissem obseruassem · nil enim mihi fa
cilius erat · Sed ego illa gloriola delectari tantum prin
cipem non putaui · presertim cum ipse non peteret · & me
aucupari graciam per huiusmodi scriptiones nolebam ui
dem · Quare nec mors nuncianda fuit · cum essem inuul
nec defectus fidei · cum in me non esset · Equidem abil
lo duce nichil umq̃ accepi · nec uniusl quidem obolus ut
dici solet ab illo mihi collatus est · Tua uero paternitas
credebat forsan me mfinita quadam pecuniaq̃ ui ab
illo exorta libros sibi promissos alteri tradidisse · At em̄
ipse numq̃ studia mea uendicaui · neq̃ mercaturam
libroq̃ umq̃ feci · nec unum mittens libq̃ alios retinui ·
Sed ut erant cito libri uno uolumine omnes simul stati
atq̃ illos absolui / cocestrie duci liberalissime transmisi
Deberent profecto homines suas res agere sine alioq̃ mtec
tacione atq̃ calumnia · Nec de tua loquor reuerentia q̄
omnia de me potest · cui omnia permitto · cui in omnib9
acquiesco · sed loquor de iis qui hec te scribere uoluerunt
quos de rebus suis loqui oportuit · meas autem nequaq̃ ac
tingere · Hec ad epistolam tuam · De altera uero illa stultis
simi atq̃ leuissimi nebulonis epistola · qui tamq̃ canis
egipcius contra me latrat · risi stulticiam scriptoris fu
riosi ac uesani · At quam impudens est ille nebulo · Sic em̄
me comtemnit · ut ingenio · ut intelligentia · omni · ut cū
ethi deniq̃ que dici possunt · spohet · Ili autem ad quem
scribit · scientiam eloquentiam ingenium & cuncta que di
ci possunt attribuat · Ofecudem neq̃ enim apellari homine
decet · cui tam insensatum iudicium sit · deinde mandat

ut me comfodiat & prosternat · Hui succurrere pater
metuo comfodi · metuo prosterni · fer opem queso · Da
mihi aliquid quo muscas abiciam · me muadere para
tes accelera obsecro · Sed quo uult me comfodiat therstes
iste · Manu ue · At longe abest · litteris ne · At nobis quo
ex sunt histere quibus si certandum erit · hec illius uerbo
iactantia quam uana sit ostendetur

Cardinali Comesi

Si Tempora me non impedissent Reuerendissime
pater · fecissem · id quod erat amicitie nostre ut
gratulatum adte uenissem pro hac noua exaltacione
tua · Nunc autem prohibitus ratione quadam ac respe
ctu rex minime negligendax excusus tibi quidem pa
tam exibere officium abstinui · Ipse tamen pro te mihi
gratulatus sum ac letatus tua dignitate / ita ut nemi
ni racx in hac parte concesserim · Quod si deus dederit
quod & ego opto & te optare scio / ut ex hac belli tur
bulentia / pacis amenitas subsequatur · facile quicquid
uel omissum uel interruptum est consuetudinis nostre
sedulitate officii compensabimus · Vnum tamen differre no
lo quod animaduerti quibusdam in litteris cumanū
te scribi acuitate uidelicet de qua exaltatus es / ad car
dinalatus supeminentiam · id uero erratum si in alio
loco foret silentio preterirem · ac darem comuni igno
rantie · Inte autem homine docto ac litteris expolito · ne
quaq̃ mihi pretereundum uidetur · Non enim cuma
nus dicendum est, ut mihi quidem uidetur sed come
tis · Rationem uero huius si queris / mihi est quod facili
explicari possit · Due sunt enim ciuitates italie nominib

In Comerpb L
Cumanus dicitur

fere contigue fitibus uero locoꝝ ualde diſtantes · Vna ſecus mare impꝛeſſa que cume uocatur · Ex hac urbe ſibillam fuiſſe dicunt · Hec eſt urbs ad quam eneas nauibus ex ſicilia petit de qua uirgilius inquit · Sic fatur lacrimans claſſi ꝙ immiſtit habenas · Et tandem euboicas cumas allabitur oris · Hec etiam eſt urbs de qua iuuenalis inquit · ꝙcuꝰ diſ greſſus ueteris confuſus amici · laudo tamen uacuis ſedem quod figere cumis · deſtinet · atꝙ unum ciuem donare ſibille · fanum baiaꝝ eſt grati litus amenum · Seceſſus ego uel prochitam propono ſuburre · Eſt igitur hec urbs in litore maris · non longe aputeolis & neapoli · Vtꝙ piſe & athene & uolaterie pulari tantum nomine dicuntur ſic etiam cume · Vt uacuis cumis · & cumaꝝ allabitur oris · Acumis uero iſtis cumanus dicitur · ut cumana ſibilla · cumanus ciuis · cumanus preſul · Sunt autem hec omnia luce clariora · milleꝭ auctoritatibus ſi foretopꝫ probarentur · Altera eſt urbs non longe ab alpibus penes lacum qui dicitur lariuus · hec autem urbs non cume ſed comum apellatur · fuit autem hec patria C. plinii ſecundi oratoris · qui per tempora domitiani & neruę & traiani floruit · Comum uero ab initio poſitum fuit a tranſalpinis gentibus · quamoꝝ de prima eius origine ambiguitas eſt poſtea uero longo interualo colonia romanoꝝ ciuium meam urbem fuit deducta · eaꝙ urbem nouum comum apellarunt · quaſi renouata ciuitas eſſet eo colonos nouiter inductos · Itaꝝ de plino ita ſcriptum legimus · C Plinius nouicomenſis orator · Videſ igitur nouicomenſem dici · & ſi quis noui

Cume ciuitas

Virgilius

Iuuenal.

Cumanus

Comū urbs

bñ fuit Plinius ſ̄dꝫ or.

. nouicomū .

. nouicomēſ .

abiciat comensem esse dicendum · Vulgo etiam loquen
tes comum apellant · eam urbem · non cumas · Vt me
lius uulgaris sermo ueritatem seruauerit quam ho
mines pay eruditi qui omnia sua ignoratione contur
bant · Quod uero penes antiquos nouum comū apella
retur · declarat catuli poete ueronensis epistola uersi
bus scripta · ad cecilium poetam sodalem suum · Sic enī
inquit · Poete tenero meo sodali
Velim cecilio papirio dicas
Veronam ueniat nouo relinquens
Menia comi, lariumos litus
Nam uolo quasdam cogitaciones
Amici accipiat sui meios
&cetera que secuntur

Catulus.

Plinius.

Pliniuss quoq; ille maior in libro naturalis historie tertio
Comum apellat · Sic enim inquit · Oremonioz stirpis
esse comum & bergomum cato existimat · Vez origi
nem gentis se ignorare fatetur · quam docet corne
lius alexander agrecis ortam · interpretacione etiā
nominis · quasi uiram in montibus degentem · Item
alio loco idem pliniuss ita scribit · Latitudo italie subter
radices alpium auaro flumine peruada sabatia · tau
rinos · comum · bergomum · brixiam · ueronam · uicetiā ·
opitergium · aquileiam · tergestas · polā · arsiam · septingē
tis quatraginta quinq; milibus passuum colligit · Quid
ergo est · cum ista probauerim, te hominem ad prime
doctum, magis censeo · Vez sequi debere quam in hūc
magnifestum nominis errorem consentire · Nisi for-

ſan cumiſ & baiſ & calidiſ aquiſ magiſ delectariſ quam
gelido lacu · de quo umgiliuſ in laudibuſ italie inquit
Quid ue lacuſ tantoſ · te lari maxime teq; · fluctibuſ &
fremitu aſſurgenſ benace marino · Vale ac me ama tibi
q; perſuade ama plurimum amari · Cardinali comẽſi
Ceteriſ quidem omnibuſ excellentiſſime pater ut
ex litteriſ tuiſ conſpicio / nulla inter noſ uarietaſ
eſt · Nam & pretermitendaq; gratulationum probabilẽ
mihi cauſam fuiſſe concediſ & incomoda bella pariter
deploramuſ · & de urbe como que ſcripta fuerunt ame-
tua paternitaſ aſſentitur · & non ingratam ſibi fuiſſe re/
q; illaq; cõmemoratione oſtendit · Reſtat igitur una ꝓſ
non incontrouerſia quidem ſed in admiratioe · de uer-
boq; ſcilicet que aciuitatibuſ oppidiſ ue trahuntur · per ma-
gna quadam & incomprehenſibili uarietate que ate pe/
rite ſcienterq; cõmemorata ac multiſ exemplis demo/
ſtrata fuit · de qua quid ipſe ſentiã · optaſ certiorem ame
fieri · niſi mihi graue ſit · & niſi reſ indigna uideatur · Ego
uero tantum grauer ut abeſt de biſce rebuſ ſcribere & lo/
qui ut etiam graciaſ tibi per magnaſ habeam · quod ex pre/
ſentibuſ occupationibuſ · non ſatiſ mihi quidem iocundiſ ·
ad cogitacionem req; mihi iocundiſſimaq; me reuocaſti · licet
enim noſ derideant ii qui neq; quid neq; comodo loquant
umq; cogitarunt ipſe tamen recte emendateq; loquendi
peritiam apreſtantibuſ uiriſ non exiſtimo negligendam ·
Verboq; enim delectum eloquentie principium conſtat ee
Nemo quidem eloquenſ eſſe poteſt · qui non rectiſ & congruẽ
tibuſ uerbiſ utatur · An igitur · C · iuliuſ ceſar tantuſ uir li

by de analogia · idest de formatione tractuoz uerboz
cum laude scripserit · nobis uero turpe fuerit illis ipsis
de rebus tractare & loqui · fateor ergo in eoz uerboz
de quibus ate scribitur formatione per magnam quan
diam esse uarietatem adeo ut uix rationem ullā analo
gie conspare in illis uideam · Huius uero causam puto
quod alia greca sunt oppida · alia barbara alia latina ·
in singulis autem & uoces & consuetudines regionum
permultum ualuisse reor · Ciues enim & oppidanos
par est huiuscemodi apellationes abinitio frequentasse ·
Vtos ipsi se se scribebant · sic ab aliis uocabantur · Ex quo
factum est ut grecoz oppidoz homines ad grecam lin
guam · latini ad latinam · barbari ad barbaram declina-
rent · Simultudines quoq; ac uicinitates frequenter in
hac re habuisse comperio · In multis etiam suauitatis &
cinitatisq; rationem habitam puto · Ex his autem cau-
sis narretas tanta suborta est quantam esse uidemus ut
uero aliqua debis exemplis gracia per nos adsingā
tur · Quid similius esse potest in uerbis q̄ de uerona
& ancona · Cur igitur alios ueronenses dicimus · alios
anconitanos · Greca uidelicet ciuitas ancona fuit · Hoc
est agrecis conditoribus posita · nomenq; anconitani
agreca uoce trahitur anconite · ipsi enim conditores
sic abinitio uocare ceperunt · Tomum ciuitatem scimus
esse in ponto · non longe a fluminis danubii hostiis con-
stitutam · apud quam relegatus fuit ouidius poeta
Verbum ab ea tractum · tomitanum facit non tomense
de qua inquit ouidius ipse · Naso tomitane non iam no-

uul incola terre · Hoc tibi de getico ltore mittit opuſ
Tomum igitur & comum ita ſimilia eſſe uideo / termi
natione & ſillabis ut nihil differant · Tamen ab altera
comenſem dicimuſ · ab alia tomitanum terminatione illa
grecoꝝ lingue conſona · qua etiam ancomitanoſ dictum
oſtendimuſ · Illa etiam greca ſunt oppida & ad figuram
grecoꝝ figurata uerba · Neapolitani · parnomitani · dre
pantani · lilibetani in quibuſ non correſpondere analo
giam latinoꝝ uerboꝝ non equidem admiror · Nam ut a
fano fanenſis · ſic etiam adrepano drepanenſis · ſecundū
latinam analogiam erat dicendum · Segregemuſ igitur
ea uerba que agrecis habent conformationem quamdā
neoꝝ de boꝝ uarietate admirationem ſuſcipiamuſ · Voceſ
etiam ac moreſ regionum inter cauſas uarietatum aſſi
gnauimuſ eamoꝝ rem p̄ multum ualuiſſe in apellationi
buſ magnifeſte deprehenditur · Vicini enim ad exemplū
uicinoꝝ faciliter pertrahuntur · Vt in campania · feren
tinateſ · arpinateſ aquinateſ caſinateſ antiateſ · Et in um
bra fulginateſ urbinateſ · & boꝝ uicini illoꝝ ſecuti uo
ceſ · a ſarſena ſarſenateſ / a ceſena ceſenateſ / a rauenna
rauennateſ dixere · Nam quid uetabat dicere ceſenē
ſeſ ſarſenenſeſ rauennenſeſ · Gallie tranſalpine urbſ
eſt gebenna · Nomen ab ea tractum gebennenſeſ facit
Poterat per eamdem analogiam arauenna rauennēſeſ
dici · Nihil enim intereſt inter rauennam & gebennā
ſed incole illiuſ loci rauennateſ maluerunt dici ad
ſimilitudinem ſarſenatum & ceſenatum finitimoꝝ ſuoꝝ
Hec ſarſena de qua loquimur · plauti comici poete patria } Sarſena

fuit · Sira uero est inter cesenam & aretium · Ita ut dio-
cesis eax ciuitatum utrinq; astringat · Suauitatis quo-
q; rationem habitā in multoꝝ formationibus conspi-
cio · Aurium enim sensus delicatissimus est · cunctaq;
repudiat que non belle sonant · Pisas & senas & fesulas
pluraliter dicimus · Apisis pisanū · a fessulis fessulanum
a semis senensem dicimus non senanū · quia insuauiter
sonare uidebatur · His tribus exceptis causis analogie ra-
tio in uerbis quidem latinis satis constare uidetur · Vt
florentia placentia uicentia consentia · cum eamdem
in ultimis syllabis habeat terminationē · eodem modo
formentur ab his nomina · florentinus · uicentinus · pla
centinus · consentinus · aretium · sutrium · clusiū · regiū
opitergium · patauium & cetera hiis similia · eodem
modo aretinus · sutrinus · clusinus · reginus · epiterginꝰ
patauinus faciunt · Item tarentum · tridentū · tuder
tum · tarentinus · tridentinus tudertinus · Que uero
habent o̊ longam ante na · Vt uerona cremona corto
na ippona dertona sauona · & alia huiusmodi analogiā
conseruant · Mediolanum & fanum cum similiter sonēt ·
similia producunt ex se nomina · Eodem modo ferra
ria & nouaria · Tusculū esculum · uerulum & alia huiꝰ
modi (ua. analogiam conseruant · Mediolanum & fanum cum
similiter sonent · similia producunt ex se nomina · Eodē
modo & ferraria & nouaria (cat.) generis · tusculanus escula
nus · uerulanus · Mantua & capua · Mantuanus & capua
nus · licet antiqui per ablationem u littere campanum di
cerent · ut campane delitie · campanus senatus · campaꝰ

campanus ciuis · Sed nos hanc spinosam siluam ometamus
Neq; enim tractare de tota re · sed aliqua delibare exē
pli gracia propositum fuit · Cur autem comenses potius
dicendum sit q̄ comanos · duc ut mihi uidētur questiōes
sunt · Aut enim de nobis queritur · aut de primis impo
sitoribus · Si de nobis · nihil expeditius esse potest · Cum
enim ueteres doctissimi uim ita seruant · & nos eodem
modo obseruare debemus · plinius in libris de naturali
historia inquid · In comensi iuxta lariū lacum · fons horri
singulis intumescit ac residet · Et alibi scriptum est C · pli
nius nouicomensis · Quare nos quoq; eodem modo scri
bere ac loqui debere magnifestum est · Quod si de primis
impositoribus queritur · cur maluerint comenses dicere q̄
comanos · credendum est non sine probabili ratione ab
illis factum · Vel quia magnificentius sonare uidebatur ·
uel quia mediolanenses & laudenses & huiuscemodi uici
noz apellationes eos p̄ similitudīne mutarunt · uel q̄
remensium & parmensiū analogiam magis sequendam
consuerunt · Potuit etiam illos ea causa inducere · quod
comanus idem significat quod uillanus & rusticanus ·
Coma si quidem grece uilla est · Vt autem ab urbe urba
nus & urbicus · & a uilla uillanus & uillicus · sic etiam
a coma comanus & comicus · Itaq; ut hanc nominis eq
uocationē non satis honorificam uitarent · comenses
dicere maluerunt q̄ comanos · Vale ·

Commus ·

Regi aragonum

AM PRIDEM Serenissime rex · insignem prestan
tiam mirabilium uirtutum tuaz consp̄iciens / gaui-

Laudatio Aragonū regis

sus sum ipse mecum & seculo nostro gratulatus quod ei contingat habere regem prestantissimū & tam belli quam pacis artibus gloriosum. Cuius industria in bello gerendo sapientiam summam patientia uero ac pseuerantia magnanimitatem nimiam ostenderit. Quid dicam de iustitia que inte plurimum lucet. Quid de pietate ac religione. Quid de fidei constantia. Quid de omnium rex moderatione. Quid de studiis litterarx quibus in medio feruore maximi belli dare operam nunqx destitisti. Maxima profecto sunt hec & eximia regis ornamenta. itaqx & illa que iam diu dum ate possidentur hereditaria regna sub tantis uir tutibus tuis transquille beatecqx degunt. & hi qui insup ex te adiuncti sunt populi. sub tua gubernatione eā dem transquilitatē sperare merito possunt. Quis igr ista considerans non faueat ceptis tuis. Quis tuo nomi ni non suffragetur. Equidem si tantam militiā operā dedissem. quantam studiis litterarx impendi. armatus forsan prodesse non nihil possem. Cum uero non arma didicerim tractare sed libros. inboc ipso quid didici ne opera mea tibi deht annitat. itaqx politicorx aristotelis libros per me in latinum traductos. ad te mittere cō stitui. magnum ac diues instrumentum regie guber nationis ac propriam regis supellectilem. Nam ceteri quidem libri ut mihi uidetur cōmunes omnium ut ita dixerim sunt. Hii autem proprii regis. Siquidem rex aregendis populis dicitur. libri autem hii nihil ali ud docent quam quemadmodum populi regantur

Quare ego ille tue laudis auidus · te hortari obtestarioq; nō
desinam ut hos politicoq; libros quam familiarissimos ti
bi facere studeas · licet enim a parentibus regibus ut tue dic
tabant littere plurima ac preclara exempla bene regendi susce
peris · tamen aliud est natura aliud disciplina · Vt in rethorica
& musica licet instrui · Qui enim musice scientiam tenet · lō
ge melius de illa iudicabit · & sentiet · quam si qui uel ex in
genio proprio uel admitacionem alterius uocem forma
bit · idem quoq; est in arte rethorica · Et si enim magnis
ingeniis prediti quidam copiam dicendi sine arte assecu
ti sunt · ars tamen dux certior est quam natura · Aliud ē
enim arbitratu suo uerba facere · aliud ea que dicas rōne
& arte distinguere · Regia quidem dignitas suprema est
omnium dignitatum humanarq; · Itaq; poete iouem non im
peratorem apellant · sed regem · tribuentes deo id nomen
quod ea apud hominis maximum atq; amplissimū · Ma
igitur ac maxima ornamenta & a natura & ab arte dig
nitas regia requirit · ñ munus suum recte uelit adimple
re cum esse debeat tamq; deus quidam inter homines
excellenti dignitate · & excellenti sapientia · excellenti uirtu
te · Quod considerans philippus macedonum rex · sapientis
simus ac maximus uir · alexandrum filium aristoteli in
disciplinam tradidit · quo illam quo modo dicimus excellē
tiam adipisceretur · Extat eius epistola ad aristotelē
de alexandro in qua hec sunt uerba · Dijs inquit gracias
habeo · non tam proinde qua natus est · q; pro eo quod na
tus contigit temporibus uite tue · Spero enim fore ut e
ducatus eruditusq; ate dignus existat & nobis & hac

Regia dignitas

philippus rex macedonum

rex susceptione · O sapientissimam hominis uocem · Ita demo
enim putauit dignum fore susceptione regni · si disciplina erudiretur · Atq; plane ita fuit · natura enim & disciplina ornatus rex · mundum quasi totum suis uictoriis illustrauit · & indos aduso; regnum extendit · Pirrus quoq; epirrotar rex maximus o uioq; & ipse bello uir

Pirrus.

non solum lectitauit libros cum esset rex · uer etiam scripsit de militari disciplina · Iulius uero cesar quantus fuit in litteris libri ab eo scripti declarant · Hi ergo summi uiri non solum natura prestantes · uer etiam litteris disciplinaq; edocti · unuersum pene terrar orbem gloria sui nominis repleuere · Ex quo ridere interdum soleo quoddā regum simplicitatem qui generosum ducunt litteras nescire · nec intelligunt ex eo scire fieri ut reges ipsi ab aliis regantur · Neq; enim putandum est in paruis quidem rebus disciplinam & artem esse necessariam · In maximis autem non esse · Immo quanto maius est regere populos & gentes:

Julius Cesar.

Politior; libros ar; l' laudat.

tanto plus sapientie disciplineq; requirit · Est autem horum libror non doctrina solum admirabilis ac precipua · Ver etiam incredibilis quedam amenitas · cum propter determinationes pulcerrimar questionum / tum propter explicationes innumerabiliū pene rer cognitu dignissimar tum q narrationes insunt uetes regum ac potentissimorum ciuitatum · & sapientium legum lator / ut uel historie gracia opere pretium sit illa cognoscere · Summa uero tocius discipline de populis regendis gubernandisq; existit. Infinitaq; ferme sunt in his libris que regem uel instruere uel ornare uel cōmonefacere possint · Salubria consi

